



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Flores Meditationvm**

**Bebius, Philippus**

**Coloniae Agripp., 1623**

Qvintæ Partis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59636)



QVINTA PARS.

Appendix pro quibusdam diebus Dominicis ac festis, qui in quatuor partibus superioribus desiderantur.



MEDITATIO I.  
DE S. IOANNE IN VIN-  
CVLIS.

- Mat. II.* I. Ioannes in vinculis, mittens duos de discipulis, ait illi: Tu es, qui venturus es (Messias) an alium expectamus?
- II. Respondit: IESVS, renunciate Ioanni, quae audistis, & vidistis, caeci vident, claudi ambulant, pauperes euangelizantur, &c.
- III. Illis abeuntibus, dixit turbis de Ioanne: Quid existis videre arundinem vento agitatam? in mollibus vestiuū? prophetam &c.

---

FIGVRÆ.

*3. Reg. 22.* **M**Icheas Propheta, eo quod Regi Achab infaustum belli exitum prædixisset

MEDITATIONVM. 447

xisset, missus in carcerem, pane & aqua alitur.

2. Hieremias, quia verbum Dei annun- *Hier. 20*  
ciabat contra Hierusalem, percussus, &  
in neruam missus est.

PROPHECIAE.

1. **D**Eus veniet, saluabit nos. Tunc aper- *Isa. 35.*  
rietur oculi caecorum, & aures surdo-  
rum patebant. &c.

2. Spiritus Domini super me &c. misit me *Isa. 61.*  
vt predicarem captiuis indulgentiam, &  
clausis apertionem.

3. Ecce ego mitto Angelum meum, & prapa- *Malac. 3.*  
rabit viam ante faciem meam.

DOCUMENTA.

1. **I**oannes, licet vincus, non de sua libera-  
tione, sed de discipulorum salute erat  
solicitus, vt recte in fide, & vita sancta  
instituerentur. Id ipsum tibi faciendum, ne-  
que in tētationibus, atq; afflictionibus, quic-  
quam de officio, precibus, &c. remittendum.

2. Ioannes mittit ad Christum, non quasi ipse  
dubitet, an sit Messias? sed vt Discipulorum  
ignorantia consulat, & miraculis conspectis  
eos ad Christum pertrahat, cum ipse se breui  
moriturum prauideret. Sic tu, quos per te  
non potes, per alios instrue.

3. Christus non fatetur verbis se Messiam  
esse; sed factis, miraculis, qua de Messia in Pro-  
phetis scripta erāt eos dimittit, sic Christianus  
quinis

quiuís non facile seipsum commendare debet; sed id tatum dicere ad Dei gloriam, quod satis est ad alterius salutem.

4. Sicut Christus hic factis potius, quam verbis respondet; ita æquum est, quemlibet Superiorem, ac magistrum, prius facto præstare, quod subditos suos docere aut suadere voluit.

5. Discipuli Ioannis, quoniam ob zelum & amorem Christo priuatim minus æqui ac fidentes fuerant, occulte hic à Christo reprehenduntur iis verbis: *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me*; sic nec occultè peccantes facile palam arguendi sunt: vti etiam Christus cum Iuda fecit, obscure monendo vt resipisceret.

6. Christus laudat S. Ioannem discipulis non præsentibus, sed absentibus, tum vt notam adulationis effugiat, tum ne illi ex hac laude occasionem caperent ( licet sine causa ) tum Christo præferendi: sic coram hæreticis, ac improbis, valde parce ac prudenter, de SS. laudibus loquendum est, ne calumniandi ansam arripiant.

7. Laudatur à Christo vestitus asperitas, ac victus simplicitas, vt scias, Deo vitam religiosam & mortificationem placere.

8. Austeritati ac paupertati coniungitur constanria, quia nulli in fide ac veritate sequenda constantiores sunt, quam qui mundum, eiusque opes, ac pompas serió contemnunt.

9. Turbis, ac simplicibus hominibus sapius SS. vitæ atque exempla potius, quam subtiliores conceptus & dogmata proponenda sunt.

\* \* \*

MEDI.



MEDITATIO II.  
DE LEGATIONE IV-  
DAEORVM AD S. IOAN-  
NEM BAPT.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. Legatis Iudaeorum sciscitantibus ex Ioan. 1.  
Ioanne : Tu quis es? respondit hu- 19.  
militer, se non esse Christum, neque  
Heliam &c.
- II. Illis instantibus, addit : Ego vox  
clamantis in deserto, parate viam  
Domini &c.
- III. Replicantibus : Cur ergo baptiza-  
ret? respondit : Ego baptizo in aqua.  
Medius autē vestrum stetit (Christus)  
quem vos nescitis, cuius non sum  
dignus, vt soluam corrigiam calceam.

FIGVRA.

**A**MASTAE Sacerdoti cōsulenti Amos,  
vt iret in terram Iuda & ibi prophe-  
ret, respondit: non sum Propheta, nec fili-  
us prophetae, sed armentarius, vellicans  
sycomoros.

PRO-

---

 PROPHEZIA.
 

---

Isa. 40.

**V**ox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius &c. omnis vallis implebitur, omnis mons & collis humiliabitur &c.

---

## DOCUMENTA.

1. **I**oannes maximè fiebat ab omni hominum genere; quia natiuitas eius fuit admiranda; vixit à pueritia in eremo vitam durissimam, pœnitentiam verbo & exemplo prædicans; veritatis ac iustitiæ amantissimus. Has virtutes imitare, vt apud Deum magnus sis, & perfectionem attingas.

2. Solidavirtus, ac vitæ sanctitas, etiam apud improbos & hæreticos (quales erant Pharisæi plerique) suspicitur & honoratur.


3. Ioannes fuit humillimus, non tantum recusans titulum Messie; sed negans se esse Heliam, aut Prophetam cum tamen Christus eum vocasset Heliam (spiritu scilicet) *Matt. II.* & plusquam Prophetam *Io. I.* Sis & tu humilis, nec de bonis etiam, quæ verè habes (vt est nobilitas, doctrina, sanctitas) te iactes, quamdiu sine mendacio potes filere, aut loqui.

4. Coactus legatorum importunitate, tandem indicat (sed obscure & cum noua humilitate) se esse eum de quo Isaias prædixit: *vox clamantis in deserto.* Et verè erat Vox, quia omnia, quæ in ipso erant, loquebantur & prædicabant virtutem, pœnitentiam, Christum: eum imitaberis, si non tantum verbo, sed

sed etiam habitu, conuersatione, ac vitæ exemplo suadeas perfectionem.

5. *Baptizo aqua.* Perstat in humilitate, quia hæc virtus debet esse in Christiano (Aug.) prima, media, vltima sicq; euasit captiosas quaestiones inimicorum. Quia vera humilitas omnes laqueos, quibus mundus plenus est, euadit.

6. *MEDIVS VESTRVM STETIT, quem nescitis.* Hæc est improborum ignorantia DEVM (qui vbique est,) non agnoscendum. Tu eum in medio cordis tui habeas, agnoscas, ac reuereris.



MEDITATIO III.

PRAEDICTIO DOLO-

RVM B. VIRG.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. Erant Ioseph & MARIA, mirantes Luc. 2.

super his, qua dicebantur de IESU.

II. S. Simeon praedixit matri: Ecce positus est in ruinam, & resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur & tuam ipsius animam pertransibit gladius &c.

III. Puer autem crescebat, & confortabatur & gratia Dei erat in eo.

FIGV-

## FIGURA.

*Ruth. 1.* **N**Oemi rediens à Moabitibus, tristis, & deserta dicebat: Nolite vocare me Noemi (pulcram) sed vocate me MARA (amaram) quia amaritudine repleuit me Dominus.

## PROPHETIÆ.

*Thre. 2.* 1. **C**VI Exequabo te, Virgo, filia Sion?  
Magna est, velut mare contritio tua.

*Thre. 3.* 2. Repleuit me amaritudinibus; inebriauit me absynthio.

## DOCUMENTA.

1. **P**arens vterque mirabatur puerum, licet per omnia reliquis pueris similis videretur: quia vterque sciebat hunc puerum esse verè DEVM, Messiam, Redemptorem. 1. Ex Virtute Fidei. 2. Ex reuelatione vtriq; ab Angelo facta. 3. Ex omnibus sacra Scripturae testimoniis quæ non ignorabant sed saepe meditabantur, & praesertim SS. Patres. Hac ipsa te in omnibus Christiana FIDEI mysteriis confirmant maxime SS. Patrum consensus. *Quia multa supra sensum, ostensa sunt tibi.* De quibus saepius meditare.

2. Christi infantis mores perfectissimi fuerunt. Hos imitare, quia ipse dixit: *nisi efficiamini, sicut paruuli; non intrabitis in regnum caelorum.*

*Mas. 18.* 3. S. Simeon inter gaudia (in purificatione habitata)

bita) pradicat de afflictionibus matri prae-  
cipue euenturis. Ut discas nullum esse purum  
gaudium, in hoc mundo, sed in caelo seruari  
hic vero tribulationem perferendas.

4. Hac Simeonis praedictione B. Virgo exci-  
tata est ad multa pro Christo & cum Christo  
perferenda, immo iam tum particeps facta est  
gloriae, promissa ijs, qui pro Christo patiun-  
tur. Itaque sicut Christo carissima fuit, ita de-  
buit pro eodem plurima pati, ut esset REGINA  
Martyrum.

5. In Christo quatuor hic laudantur. 1. SA-  
PIENTIA, seu rerum omnium cognitio. 2. GRA-  
TIA, qua plenus erat, ab omni macula im-  
munitis & omnibus donis ornatus. 3. Quia CRES-  
CEBAT quotidie corpore, & variis sapien-  
tiae affectibus prodendis. 4. Quod maiores  
VIREES spirituales semper accipere videretur;  
ut discas quotidie in virtute progressum fa-  
cere. Quoniam in via spirituali, non pro-  
gredi, regredi est.

Vide Ia-  
cob. Al-  
varez  
Tom. 1. b.  
5. cap. 10  
Alfonf-  
Rodri-  
quez T.  
1. tract. 1.  
cap. 6.



MEDITATIO IV.  
DE SEMINE ET ZIZANIIS.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Homo (Christus) seminavit bonum se-  
men in agro suo, sed cum dormirent  
homines, inimicus super-  
seminavit  
Zizanna.

Matt. 13

II. Cum vtrumque creuisset, apparue-  
runt

runt, zizania, & serui volebant eradicare, sed prohibuit Dominus, vt crescerent vsque ad messem.

III. Tempore messis, iussit zizania collecta in ignem conijci, triticum autem in horreum congregari.

---

PROPHETIÆ.

Hier 2. **P**lantauite, omne semen verum.  
Isai. 61. **H**oc semen cui benedixit Dominus.

---

DOCUMENTA.

1. **A**ger est anima tua aratro contritionis proscindenda, iniecto semine bonorum propositorum (de virtute, exercenda, vitie emendaado) orationibus feruentibus & lacrymis irriganda, vt mundo moriatur, Deo viuatur.
2. Prouidendum, vt susceptum semen quotidie crescat, & ad maturitatem perueniat, quo in hora mortis, in Domini horreum congregari possis.
3. *Cum dormirent homines &c.* Inimicus quidem per se semper conatur praua supereminare: Sed saepe negligentia nostra in causa est, cur locum inueniat. Itaque semper vigila, cum tot habeas inimicos.
4. Diligenti custodia opus est, & animaduersione (maxime in examinandis omnibus propositis, & cogitationibus) ne peruersae in animo succrescant & bonas suffocent, atque impedian.
5. *Zizaniis iniectis inimicus abiit.* quia hoc Damo.

Demonis proprium est, vt animam, quæ malū semen susceperit, tristem ac perturbatam deserat. Sicut bonus Angelus, bono peracto, eandem latam ac pacatam reddit.

6. Messores sunt Angeli, tam boni, qui ad hominis bona conuertunt, vt Deo presentent; quam mali, qui zizania tua (mala quælibet) simul colligat, vt coram Deo te accusent.

7. Potes ipsemet esse messor, si mala tua scruteris, atq; in examine, confessione, aliisq; exercitiis eradices, aut igne poenitentia & caritatis comburas, teipsum hic iudicando, ne à Domino iudicèris.



MEDITATIO V.  
DE OPERARIIS  
VINÆ.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Paterfamilias conducens mane operarios conuenit cum illis de denario diurno: mittit alios hora 3. 6. 9. 11. promittens quod iustum foret. *Mat. 20*

II. Vespere misso procuratore, iussit singulis dari pro mercede vnum denarium, & primis conquerentibus, dixit: non facio tibi iniuriam, accipe quod tuum est &c.

III. Tan-

III. Tandem conclusit: sic erunt nouissimi primi; & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

---

 FIGVRA.

Exo. 12. 37. **E**X sexcentis millibus armatorū præter vulgus innumerabile, qui ex Aegypto profecti sunt versus terram promissionis, duo tantum, eandem attigerunt, scil. Iosue, & Caleb, reliquis omnibus in itinere, varia occasione defunctis.

---

 P R O P H E T I Æ.

Isa. 5. 7. 1. **V**inea Domini Exercituum, Domus Israel est.

Hier. 2. 2. Plantavi te vineam electam.

Isa. 17. 6 Pauci saluandi erunt, sicut oliua relicta

Ib. 24. in olea.

13.

---

 D O C V M E N T A.

1. **V**inea, in quam nitteris, vel Ecclesia Dei est, in cuius cultu tibi iuxta vocationem tuam, laborandum est; vel certe est anima tua, quam ita virtutum, palmitibus ornare debes, vt ferat fructus Deo gratos, ac maturos in vitam æternam.
2. Sicut operarii hic variè mittuntur in vineam, venit mane hora 3. 6. 9. 11. Ita ad fidem aut religionem variè vocantur initio, medio, aut in finem vitæ, nullus tamen mercedem accipit


cipit, qui non strenuè laboret, & vsq; ad finem perseueret.

3. Sicut in colenda vinea, multa requiruntur. 1. putatio. 2. ligatura. 3. solis radij. 4. Impinguatio, &c. Sic in salute procuranda.

1. refecanda sunt omnia superflua. 2. ad stipitem ( gratiæ Christi ) vitis alliganda est, & vinculis firmi propositi; regularum ( V. C. Sodalitatis ) aut etiam votorum ( si Deus inspiret ) constringenda. 3. cum feruore magno & caritate opera exequenda. 4. animaq; ipsa crebra confessione purganda, ac pinguisimo SS. Eucharistiæ pane impinguanda est.

4. *Nouissimi* & vltima hora vocati eandem mercedem accipiunt; vt discas Deum non metiri profectum nostrum diuturnitate temporis, quo ei seruimus, sed ex studio verarum solidarumq; virtutum, pura intentione, zelo magno ac feruore, contemptu mundi ac sui, conformitate voluntatis cum diuina in omnibus, aequè aduersis ac prosperis. Hinc vides miraculis inclarescere, & iam qui breui tempore SS. fuerunt.

5. Quoniam dicitur: *Multi vocati, pauci electi*, merito timere debes, nisi paucis bonis te adiungas, & viam angustam qua ducit ad vitam, ingrediaris. Matt. 7.



MEDITATIO VI.

DE VARIO SEMINE.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Dixit turhis: exijt, qui seminat, seminare semen suum.* Matt. 13.

V

II. *Aliud*

II. Aliud cecidit secus viam, aliud supra  
petram, aliud inter spinas.

III. Aliud in terram bonam, & ortum  
fecit fructum centuplum.

---

FIGURA.

Gen. 26. 12. **D**Eus, benedixit Isaac, & seuit, inue-  
nitque ipso anno centuplum.

---

PROPHETIÆ.

Pf. 218. 2 **F**Oenum tectorum, quod priusquam euel-  
latur exaruit.

Isa. 37. 27. *Ut herba tectorum, qua exaruit ante-  
quam maturesceret.*

---

DOCUMENTA.

I. **D**Eus, qui nos ad laborem vocat, semen  
diuum (gratiam & auxilia) variis mo-  
dis impertit, excitando nos ad eius v-  
nitatem agnoscendam, per pulchritudinem  
coeli ac creaturarum, per legem scriptam in  
cordibus & conscientiis, per conciones, lecti-  
onem piam, inspirationem, exempla leges Ec-  
clesiæ, regulas cuiusque status vim sacramen-  
torum, monita parentum & præceptorum, per  
morbos, bella &c. Vide quomodo sis vltus  
hactenus; si non vteris, te fore inexcusabilem.  
2. Bonum semen, his mediis cordi iniectum,  
potest infructuosum reddi tribus de causis. 1.  
Si ad conciones, & alia media, vel non serio  
attendas, vel non animi proficiendi, aut si ad  
te pertinere non putes vel contempnas. 2. Si at-  
tendas

tendas quidem, sed cor durum retineas, vt  
 nolis occasiones veteres delinquendi muta-  
 re metu alicuius confusionis, irrisionis, ve-  
 afflictionis. 3. si paratus quidem sis ad om-  
 nia facienda, sed animo nimis intentus sis, o-  
 pibus congerendis, rei domestica curandæ,  
 venationi, aliisque recreationibus studijs lit-  
 terarum, vt præ aliis excellas; quia hæc im-  
 moderata cupiditas (tanquam spinæ) suffo-  
 cāt spiritum pietatis, vt orandi, meditandi, se  
 mortificandi.

3. Terra bona est cor bonum, seu voluntas  
 optima, quam DEVS sibi offerri cupit, di-  
 cens: *Prou. 3. fili, præbe mihi cor: hoc ei*  
*offer, rogans, vt quocunq̃ voluerit, inflectat.*

4. *Cor bonum* offert, qui paratus est  
 seruare præcepta Dei & Ecclesie, ne gratiã ex-  
 cidat, *Cor optimum* qui paratus est, &  
 bona facere, & mala (vt tribulationes) pœ-  
 nas voluntarias, opprobria, immo & mortem  
 ipsam pro Christo sustinere.



MEDITATIO VII.  
 DE CHRISTI INNO-  
 CENTIA.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Dixit Iudæis: quis ex vobis, arguet Ioan. 8.*  
*me de peccato? qui ex Deo est, verba*  
*Dei audit &c.*

V B

II. Dicen-

II. Dicentibus: Samaritanus es, & demonium habes; respondit Demonium non habeo, sed glorifico patrem meum, &c.

III. Si quis sermonem meum serua-  
uerit, mortem non gustabit in aeter-  
num &c. Tulerunt lapides, ille ab-  
scondit se &c.

## FIGURA.

Hier. 42  
& 3.

**H**ieremiae voluntatem Dei significan-  
ti ( ne iret in Aegyptum ) populus  
obtemperare noluit, sed mendacem ap-  
pellans, lapidibus obruit.

## PROPHETIÆ.

Dan. 9.

Pf. 44. 8

Isa. II. 5.

**V**ngetur Sanctus sanctorum.  
Vnxit Deus, oleo laetitia, praecōsortibus.  
Erit iustitia cingulum laborum eius.

## DOCUMENTA.

I. **C**VM à Christo, Christianus dicaris, de-  
bes ad eam innocentiam aspirare, ut  
purus sis à mortalibus, ( adeo ut mo-  
riendum tibi potius decernas, quam in tale  
peccatum incidas ) imo nec in venialia qui-  
dem ( maxime si religiosus sis ) deliberato con-  
sentias, atque etiam imperfectiones, quæ pec-  
cata non sunt, euites.

2. Si verbum Dei, exhortationes pias, inspi-  
ratio-

## MEDITATIONVM. 463

rationes diuinas libenter audias, & exequaris, signum est, te ex Deo esse; si secus fiat, signum est in gratia Dei. te non esse, aut in numero predestinatorum.

3. Christus cum Samaritanus vocaretur (id est indignus ipsorum conuersatione) dissimulauit patitèter, quia erat tantum contumelia personę, & sensum bonum habere potest Samaritanus, id est, custos erat. At cū diceretur: *Demonium habes*, mitissime negat. *Demonium non habeo*. Vt in utroq; (si occasio ferat) imiteris.

4. *Non quero gloriam, &c.* Si vis haberi filius Dei: hoc indica quærendo Patris gloriã, non tuam, quam nonnulli furiose quærunt ac vindicant etiam cum sanguine proprio.

5. *Si quis sermonem meum serauerit*, magna premissio atq; ab eo facta, qui nec falli nec fallere potest; maximè de Spirituali animæ morte ac vita, vt non tantum uiuat, sed etiam felicissimè uiuat in æternum.



## MEDITATIO VIII.

### DE BONO PASTORE.

#### PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Dixit Iesus turbis: Ego sum pastor bonus: Bonus pastor ponit animã suam pro ouibus suis.* Ioan. 10.

II. *Mercenarius viso lupo dimittit oues & fugit.*

III. *Cognosco oues meas, & cognoscunt me mea*

*me mee: alias oues habeo, illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus Pastor.*

---

## F I G V R Æ.

- Ge. 31. 38* 1. **I**acob seruiuit Laban annis 20. ea diligentia, vt æstu sæpe vteretur ac gelu, & somnus fugeret ab oculis eius, etiam si Laban 10. vicibus mercedem eius mutaret.
- 1. Re. 17.* 2. **D**avid pascens greges patris, non raro vitæ periculum adiit, vrsis ac leonibus sese opponens.
- 

## P R O P H E T I Æ.

- Isa. 40. II* **S**icut pastor gregem suum pascet in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, foetas ipse portabit.
- Pf. 22. I.* Dominus regit me & mihi nihil deerit; in loco pascuae ibi me collocauit.
- Eze. 34.* **S**uscitabo super eas pastorem vnum, qui pascet eas.
- 

## D O C V M E N T A.

1. **P**astores sunt omnes superiores vt sunt Paterfamilias, Præceptor, Confessarius, cõcionator; & quibus ratione animæ suæ & potentiarum. Itaque prouidendum, vt officio suo fungatur.
2. **B**ONVS est PASTOR, qui suos pascit cibo corporali & spiritali; ite verbo & exemplo. Quis autem bonus, si sit simplex, humilis, in-
- no-

MEDITATIONVM. 465

nocens, utilis aliis, & patiens in aduersis.  
3. *Animam ponit* pro ouibus, qui mundo & dæmoni se opponit, cohibendo intellectum, voluntatem ne peccato consentiant, eligendo potius mori, quam peccatum mortale: per visum, tactum &c. admittere.

4. *Mercenarius est*, qui non quærit in operibus suis (v. c. concionibus, lectionibus, frequentatione templi &c.) suam vel aliorum salutem, sed gloriam mundi & vanitatem.

5. *Lupo veniente fugit*, qui orta tentatione mundi, carnis &c. non adhibet ieiunia, vigiliis, cilicia, sed fugit pœnitentiam, sinens se à tentatione superari, deuorari: immo fit seruus Carnis, peccati &c. à quo enim quis superatus est, huius & seruus est. 2. Pet. 2. 19. Ioan. 8. Rom. 6.

6. *Tunc oues tuas cognosces*, si tuam imbecillitatem, imperfectiones, lapsusque quotidianos per examen explores; cognosceris vero ab eis, si omnes potentia ac sensus tui, voluntati ac rationi subiiciantur; & ipsa ratio subiiciatur Deo.



MEDITATIO IX.

DE MODICO HVIVS VITAE.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Dixit Iesus Discipulis: Modicum, & Ioan. 16.*  
*iam non videbitis me, & iterū modicum, & videbitis me; quia vado ad patrem. V 4 II. Dis-*

II. Discipulis non intelligentibus hoc dictum, ac derogare paratis, praeuenit, significans, se loqui de tristitia ipsorum & mundi gaudio: ac utriusque conuersione.

III. Videbitis me, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

---

P R O P H E T I Æ.

Iob 20. 5. **G**audium hypocrita ad instar puncti.  
c. 21. 13. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

Sap. 5. Ambulauius vias difficiles, & sol iustitia non illuxit nobis.

Et subito nati desymus esse.

Iac. 4. 14. Quid est vita? Vapor ad modicum parens.

---

D O C V M E N T A.

1. **S**ICVT Christus prædicit hic Apostolis passionem & futuram postea latitiam; ita & suis mala in hac vita, tum prædicit (vt prauisa minus feriant) & addit læta simul, ne tentationi succumbant.

2. Bonis nuntiantur & eueniunt primū tristitia; postea iucunda: at malis contrarium euenit.

1. læta; post tristitia nam peccatores in mundo consolationem quærentes, ignibus sempiternis ardebunt; at pii in cœlis æternum gaudebunt.

3. Tan-

MEDITATIONVM. 467

3. Tanta est Domini bonitas, vt volentes aliquid petere ( sicut hic discipulis factum ) ipse proueniat.

4. Officium pijs hominis in hac lacrymarum valle est, flere potius quam gaudere. 1. propter ea, quibus Christū fugamus. 2. propter tentationes continuas. 3. ob Christi passionem meditando.

5. MODICVM, est tristitia huius vitæ, quæ comparatur vmbra, vapor, momento.

6. Iustus pro tribulatione vnus momenti; recipit non tantum hic consolationem; sed & regnum sempiternum: num impius è contrario, pro breuissima voluptatula, subit poenas sempiternas, vt dixit Abraham epuloni, *fili recordare, quia in vita tua recepisti bona; & Lazarus similiter mala. Nunc autem ille consolatur, tu verò cruciaris.* Sæpe considerabat Apostolus. *non sunt condigna passiones Rom. 8. huius temporis, ( qualescunq; sint, et si videantur graues & diuturnæ ) ad futuram gloriam &c. momentaneum & leue tribulationis nostra supra modum in sublime æternum gloria pondus operatur in nobis.* 2. Cor. 4. 17.



MEDITATIO X.

DE QVIBVSDAM EFFE-

CTIS SPIRITVS S.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Dixit Iesus discipulis: vado ad Patrē, Ioan. 16.  
& nemo interrogat: quo vadis? sed  
expedit

expedit vobis, vt vadam: aliàs paraclytus non veniet.

II. Spiritus Sanctus arguet mundum de peccato, iustitia & iudicio.

III. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.

PROPHETIÆ. (Etā.

**Psa. 142. 10.** Spiritus tuus bonus deducet me in terrā re-  
**10.** Spiritum Sāctum tuum ne auferas à me.  
 Spiritu principali confirma me.

**Psa. 50. 12.** Emitte spiritum tuum & creabuntur, &  
**Psa. 105. 30.** renouabis faciem terra.

Verbo Domini, cœli. (Spiritu Apostol. & SS.) firmati sunt.

**Psa. 32. 6** Et spiritu oris eius? omnis virtus eorum.

DOCUMENTA.

1. **C**Hristus iturus ad passionem, dicit se ire ad patrem; vt discas viam crucis, esse viam rectam, quę multo certius ad cœlum ducat.

2. Exprobrat Discipulis Dominus, quod nemo roget: **Q V O V A D I S?** vt assuefacias te ad examinandas intētiones, & statū vitę tuę, pendendo, quid quęras? Quo in statu res tuę sint? si tibi iam moriendum foret.

3. Dominus pronunciat ascensionem suam, & postea plenariā spiritus S. missionē, vt scias te post tribulationes & passionem, corpore & animo, Deo perfectē fruiturum.

4. Chri-

4. Christus subtraxit discipulis presentiam corporis sui, cui nimium adhærebant, ut reciperent Spiritum sanctum; ut scias mentem à rebus mundanis, & sensualibus abstrahendam, si cœlestes consolationes expectas.

5. In apostolis (qui antea valde timidi erant) evidens Spiritus S. signum fuit, quod argueret malos homines libere, 1. de peccatis, à quibus conuerti nollent. 2. de Iustitia, quam fide suscepta, negligerent. 3. de Iudicio, quia in nullo fere ita homines peccant, sicut de aliis iudicando: Colliges & tu, Spiritum Sanctum in te esse, si hæc ipsa, in aliis & in teipso arguas.

6. *Non potestis portare &c.* immensa est Dei bonitas, quæ nobis se accommodat, nec plura, quam possimus, exigit. Non ita mundus, &c.

7. *Multa habeo &c.* Licet aliquid tibi profecisse videaris, tamen scias tibi adhuc multum superesse.

8. Tanta est Christi erga nos caritas, ut non tantum ipse nobiscum maneat in SS. Eucharistia, sed etiam nobis spiritum suum largiatur, qui nos doceat, & nobiscum perseueret, ne in fide erremus, aut in peccata prolabamur.



MEDITATIO XI.  
DE ORATIONE.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Dixit Iesus discipulis: Amen dico vobis,* *IOANNIS.*  
V 6 *bis,*

bis, si quid petieritis PATREM in nomine meo, dabit vobis.

II. Petite & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum.

III. Ipse pater amat vos; quia vos me amastis.

PROPHETIÆ.

Psal. 118. **O**s meum, aperui (in oratione) & attraxi Spiritum.

Eccl. 39. Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo, etiam in conspectu altissimi pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dominus volet, spiritu intellig. replebit &c.

Sap. 10. De Iacob. Certamen forte dedit illi, (in oratione cum Angelo) ut vinceret.

DOCUMENTA.


1. **Q**uamvis discrimen est inter Reges huius mundi, & Regem cœli? Illi paucos, eosque ferè magnates ad suum colloquium admittunt. At cœlestis non tantum admittit, etiam vilissimum quemque, sed etiam inuitat, & tanta cum asseueratione promittat; pudeat te, si quando pro re vili tale colloquium intermittis.

2. Si exaudiri desideras, vide ut secundum formam Christi petas. 1. Aliquid magnum, quod ad aeternam salutem pertineat. 2. petas à Patre, tanquam eius filius, in statu gratiæ (per confessionem aut contritionem) constitutus. 3. petas in nomine Christi, per illius scilicet merita

merita, per quem Deus pacificare vult omnia quæ in coelis, & in terra continentur.

3. *Petite & accipietis.* Causa paupertatis tuæ spiritualis (defectus gratiæ cœlestis & virtutum solidarum) tu ipse es, tua negligentia & tarditate; quia Deus ipse semper largiri paratus est, modo tu petas, & ad eius voluntatem te pariter accommodes.

4. *Petite, ut gaudium vestrum sit plenum.* Rebus huius mundi (v. c. diuitijs, voluptatibus) anima, quæ naturæ cœlestis est, saturari ac repleti non potest. Vnde ad Deum ipsum ac res cœlestes (quibus integrè acquiescit ac repletur) aspirandum est; tum in hac vita, in qua similitudo quædam beatitudinis habetur; tum in futura, in qua Deus veram & integram fœlicitatem electis suis ostendet, & erit OMNIA IN OMNIBVS.



## MEDITATIO XII.

### DE APOSTOL. TESTI- MONIO AC PERSECVTIONE.

#### PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Dixit IESVS Discipulis Spiritus san-* Ioan. 15.  
*ctus testimonium perhibebit de me,* & 16.  
*& vos testimonium perhibebitis.*

II. *Ne scandalizemini; absque Synago-*  
*gis facient vos.*

III. *Venit hora, cum, qui vos occiderit,*  
*arbitrabitur obsequium se præ-*  
*stare*

stare Deo, recordamini quia dixi vobis.

---

PROPHETIÆ.

- Pf.* 18. 5. **I**N omnem terram exiit sonus eorum; & in fines orbis terra verba eorū, quod de Apostolis dictum esse S. Paulus explicat.
- Ro.* 10. 18. **P**ropter te mortificamur tota die, & stimati sumus oves occisionis ad Rom. 8. 36. applicat.
- Psal.* 43. 22.
- 


DOCUMENTA.

1. **S**PIRITVS sanctus est paracletus, id est, consolator, vt scias te vel alium quempiam, habere Spiritum sanctum, si miseris atque afflictis viscera misericordiae ostendas.
2. Est item Spiritus veritatis, vt si Spiritu sancto frui velis, falsitatem omnem detestaris, tam in verbis, (omne mendacium etiam iocosum aut officium deuitando) quam factis seu vita ipsa, curando vt talis in rei veritate sis interius, qualis apparere optas exterius.
3. Spiritus sanctus primum testimonium perhibuit Apostolis de Christo, eos de diuinitate eius instruendo & inflammando interius, vt ipsi postea, incensi calore illo cœlesti ac diuino, alios inflammarent: Id ipsum & tu conare, vt feruorem internum, sancti Spiritus ope concipias, quem in alios, occasione data, aut quaesita diffundas; nec quicquam patiaris in Christum, Sanctos, in Ecclesiam, aut eius Caput (Pontificem) proferri.

Christi

4. Christus sapissimè prædicit Apostolis per-  
secutiones & odium Iudæorum, Gentilium,  
&c. ne inter patiendum deficerent, aut se de-  
ceptos putarent. Et tu (si aliorum curam ha-  
beas) conare eos non tantum ad bonam vitam  
adducere, sed in eadem retinere, vt proficiant;  
Neque tu ipse aut labore & contradictionibus  
tristeris, aut ab incepto defistas; quin potius  
plura faciendo ac patiando, coronam tuam in  
cælis augeas.

5. Iudæi ac Gentiles, vt phrenetici in Apo-  
stolos (Medicos ac Doctores) insurrexerunt,  
eosque occiderunt, quos postea (ad Deum cõ-  
uersi) honorarunt. Id ipsum etiamnum, inter  
hæreticos ac malos Christianos euenit, qui  
pios Doctores ac Deo addictos persequuntur.  
Tu exemplo Apostolorum, ad acerba omnia  
pro Deo perferenda præpares, sciens summam  
esse caritatem, si animam pro Deo ponas.



MEDITATIO XIII.  
DE NICODEMO.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. *Nicodemus, Princeps veniens ad IESUM noctu, petijt, instrui, agnos- Ioan. 3.  
cens eum Magistrum à Deo missum,  
ob signa, &c.*
- II. *Christus prædicans ei baptismũ & spi-  
ritalem vitam ait: Nisi quis renatus  
fuerit*

fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non intrabit in regnum Dei. Quod natum est ex spiritu spiritus est, &c.

III. IESVS post longam instructionem, de cruce concludit: Sicut Moyses exaltavit serpentē in deserto; ita exaltari oportet filium hominis.

---

F I G V R A.

**Num. 21. 9** **C**VM Israelitæ in deserto, ob crimen murmurationis à serpentibus ignitis occiderentur, mandavit Deus Moyfi, vt serpentem æneum (Christi repræsentationem) erigeret, vt qui aspicerent, sanarentur.

---

P R O P H E T I Æ.

**Eccl. 6. 36.** **S**I videris sensatū, euigila ad eum, & gradus ostiorum illius exterat pes tuus.  
**Pf. 33. 6.** Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestra non confundentur.

---

D O C V M E N T A.

1. **N**ICODEMVS Princeps, legis Doctor &c. potius ob respectus humanos impeditur ad Christum accedere, adeo vt notu veniat. Vt discas bona fortunæ, nobilitatem, doctrinam &c.) cave salutem impedire.
2. Christus magna cum sapientia cum Nicodemo agit. Nam non reprehendit statim initio

MEDITATIONVM. 495

tio vel ruditatem eius, vel timiditatem (quod metu humano, noctu veniret, &c.) Sed prius in medio sermone post doctrinam traditam: es Magister in Israel & hæc ignoras? *vti assuescas* & tu, cum hominibus rudibus & imperfectis, patienter & prudenter agere.

3. Instruit eum de præcipuis mysterijs fidei, scilicet, de Baptismo, SS. Trinit. poenitentia, incarnatione, signo crucis, passione, ascensione, vita spiritali & æternali, vt tu, & in horum cognitione, præ alijs, proficere studeas, & alios, cum quibus agis, pro captu instruere.

4. Sicut infans ob peccatum originale, regni cœlestis spem habere non potest, nisi renascatur ex aqua & Spiritu sancto (per baptismum) ita, & peccator ob mortale admissum nequit saluari, nisi per baptismum lacrymarum (in dolore & contritione) ac per gratiam Spiritus sancti; *Vt natus ex Spiritu*, viuat non secundum carnem, sed secundum spiritum, ambulans (ait Apostolus.)

*Gal. 5.*

5. *Exaltari oportet Filium hominis*: Christus sapius de sua passione loquitur, tum quia Deus per illam præcipue mundum redimendum statuerat; tum etiam propheta sapissime eandem prædixerant, & varijs typis ac figuris repræsentarant. Vt tu in eiusdem passionis lectione, meditatione atque imitatione occupes in eaq; acquiescas.

6. Sanctissimam Eucharistiam, in eiusdem passionis commemorationem fieri, ac sumi voluit, vt intelligas hoc esse vnum ex præcipuis medijs ad conuersionem peccatoris, & vitam nostram piè, sancteque instituendam.

7. *Exaltari oportet*. Non tantum, quia toties à Prophetis prædictum fuerat; sed quia Deus PATER ab æterno ita decreuerat; & FI-

FILIVS ipse, ex infinito in genus humanum amore, lubens, volensque assumpserat. Ut infinitam SS. Trinitatis caritatem agnoscas.



## MEDITATIO XIV.

### DE EPVLONE

AC LAZARO.

#### PVNCTA MEDITATIONIS.

*Luc. 16. I. Diues quidē indutus purpura & bysso, vivebat splendide, pauperi nihil tribuens, hic mortuus est, et sepultus in inferno.*

*II. Mendicus autem Lazarus, vlceribus plenus, iacens ad portam dicitis, nec miccas obtinebat: huius animam Angelus tulerant in sinum Abrahae.*

*III. Diues in flammis constitutus, vidit Lazarum petijt guttam aquae vt refrigeraretur. Sed Abraham respōdit: Recordare quod tu, in vita recepisti bona; Lazarus mala. Nunc hic consolatur; tu cruciaris.*

---

#### FIGVRA.

**I**ACOB filios Iosephi benedicturus, manus cancellatim imponendo, ei, qui à dextris

MEDITATIONVM. 477

dextris erat, sinistram; ei verò, qui à sinistris fuerat, dextram superposuit.

PROPHETIÆ.

**D** *U*cant in bonis dies suos, & in puncto ad inferam descendent. *Iob. 21.*

*Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius. Psal. 115.*

*Mors peccatorum pessima.*

*Nos insensati vitam illorū aestimabamus infaniam. Psal. 33. Sap. 5. 4.*

*Transierunt omnia tāquam umbra &c. Vers. 9. 13. nos nati desijmus esse.*

DOCUMENTA.

**1.** **N**OMEN nullum diuiti hic datur, tum quia apud Deum, impiorū nomina delentur de libro uiuentium; tum etiam quia saepe eorum memoria etiam apud homines perit.

**2.** Diues hic tribus uitijs precipuè deditus erat. 1. Superbiæ hinc bysso induebatur. 2. Intemperantiæ, hinc uiuebat quotidie splendide. 3. Auaritiæ, & hinc pauperi nihil dabat. Ideoque iure punitus est. 1. ut flammis totus circumdaretur. 2. ut liti precipuè cruciaretur. 3. in summa inopia, ne guttam obtineret.

**3.** *Sepultus est in inferno.* Ut hinc discas qualis ille sit locus, nempe profundissimus, plenus tenebrarum & horroris; in quem qui ingreditur, non exiit in æternum.

**4.** E contrario mendici nomen in Euangelio exprimitur quia pii post mortem, & apud Deū perpetuo vigent, & in hoc etiam mūdo, varijs modis in Ecclesia honorantur.

4. Laza

4. Lazaro non tam profuit inopia, infirmitas &c. quam patientia, & voluntas, qua has miseras tulit, vt discas amare paupertatem voluntariam, vestitus vilitatem, ieiunia aliaque carnis afflictiones. Immo & morbi saepe plus profunt ad salutem, quam bona valetudo & sanitas.

5. *Recepisti bona &c.* Deus tanquam iustus iudex ita omnia disponit, vt nec vllum bonum sine mercede (in hac vel futura vita) maneat; nec vllum malum impunitum.

6. Communis haec est commutatio, vt qui hic in mundo & cum mundo laetatus fuerit, in futuro, crucietur; & e contrario, qui pro Christo ac pietate, multa hic passus fuerit, in futura vita gaudium ac consolationem recipiat. Tu vide vtrum potius eligas, ne te postea (cum res emendari non poterit) poeniteat.



## MEDITATIO XV.

### DE COENA MAGNA.

#### PVNCTA MEDITATIONIS.

- Luc. 14.* I. Homo quida fecit coenam magnam  
& per seruum vocauit multos.
- II. Coeperunt se singuli excusare.  
1. ob villam. 2. ob iuga bouum. 3. ob  
uxorem ductam.
- III. Iratus Dominus curauit vocari  
pauperes, debiles, cecos, claudos,  
vt impleatur domus.

PRO-

## P R O P H E T I Æ.

**S**apientia adificauit domum (Ecclesiæ) Pro. 9.2  
 immolauit victimas (in sacrificio Missæ)  
 proposuit mensam suam (in sumptione SS. Eu-  
 charistia.

Et faciet Dominus omnibus populis in mō- Isa. 25. 6  
 te (in Sion vel in Cælo) conuiuium pinguiū,  
 conuiuium vindemia.

## D O C U M E N T A.

1. **Q**VI vocat, est Christus, Deus & Homo ad  
 cœlestem gloriam, quæ Cœna dicitur,  
 quia illis dabitur, qui in hac vita  
 vsque ad mortem pro Christi nomine deluda-  
 rint, vt ad eam anheles, sicut operarij; inter la-  
 bores ad Cœnam anhelant.
2. Hæc Cœna dicitur *Magna*, 1. ob re-  
 rum copiam, delicias, ac satietatem. 2. ob con-  
 uinarum multitudinem ac varietatem. Erunt  
 enim ibi omnes Angeli, Patriarchæ, Prophe-  
 ta, Apostoli, Martyres, Confessores, *Virgines*  
 omnesque SS. Veteris ac Noui Testamenti; &  
 ex hac societate, lætitia vehementer augebitur.
3. ob durationem perpetuam in hac felicitate.
4. ob maximam familiaritatem & coniunctio-  
 nem. Erunt enim omnes inter se coniunctissi-  
 mi, animo & corpore, vnusq; de alterius glo-  
 ria, tanquam de sua gaudebit.
3. Tria hominum genera præcipuè, hic sese  
 exculant. 1. Ementes villam, ambitiosi scili-  
 cet, qui magni, docti, ac potentes videri volūt.  
 2. Ementes iuga boum, auaritiæ dediti, qui  
 plus æquo opibus congerendis sese occupant.
3. Ducen-

3. Ducentes vxorem, ac nimium voluptatibus carnis, ebrietati, ludis, ac proprio iudicio dediti.

4. E contrario, foelices illi, qui hæc impedimenta remouent vt faciunt boni religiosi, 1. per obedientiam, voluntatem propriam abdicantes. 2. per paupertatem huius mundi bona deserentes, ac 3. per castitatem, omnem à se inordinatam voluptatem præscindentes.

5. *Ixatus, &c.* Valdè periculosum est, non satisfacere inspirationi diuinæ, qua aliquando ad vitam piam & sanctam inuitamur; quia verendum sæpè est, ne nobis meritò desertis, alius coronam nostram accipiat.

6. Regno cœlesti hinc aptiores indicantur.

1. *Pauperes*, quales sunt religiosi boni, qui simplici victu, ac vestitu contenti diuitias contemnunt. 2. *Debiles*, qui de suis viribus diffidentes, gratiæ Dei præcipuè innituntur. 3. *Cœci*, qui credunt simpliciter quod Ecclesia proponit, neque iudicium suum sequuntur. 4. *Claudi*, qui nihil se facere posse agnoscunt, nisi auxilio gratiæ cœlestis fulciantur. 5. qui *cogi se sinunt*, ad alterius arbitrium viuentes subesse, potius quam præesse exoptant.

7. Eadem Coena de SS. Eucharistia intelligi potest, in qua Deus nobis Christum proponit, omne dectamentum in se habentem. Sed multi ab ea se excusant, & eadem, ob peccata sua indigni sunt, admittuntur humiles, qui peccata confitentur & vitant.

MEDL



MEDITATIO XVI.  
DE OVE PERDITA:

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. *Scribe & Pharisei murmurabant, Luc. 15.*  
quod Christus peccatores susci-  
peret, & manducaret cum illis.
- II. *Christus se excusat, similitudine alla-  
ta, tum de eo, qui vna ex 100. ouibus  
amissa, illam cum labore quasiuit &  
cum gaudio reportauit; tum de mu-  
liere drachmam requirente.*
- III. *Concludit: gaudium fore coram  
Angelis Dei super vno peccato-  
re poenitentiam agente, quam  
99 iustis.*

PROPHETIAE.

**S**ICVT pastor gregem suum pascet; in bra- *Isai. 40.*  
chio suo congregabit agnos, & in sinu le- *II.*  
uabit foetas ipse portauit.

*In Ezech. c. 34. a. vers. 2 ad 11 reprehendit malos, ab 11. ad 18. officia sua recenset.* *Ezech. 34.*  
*Vers. 16. Quod perierat requiram, &c quod pingue custodiam.*

DOCY.

## DOCUMENTA.

1. IMMENSA est caritas Christi Domini, qui peccatorem nullum, etiam si maxima ab eo iniuria affectus sit, contempnat, sed per poenitentiam benignè recipiat, atque ad mentem suam admissum, pretiosissimo corporis sui cibo saginet atque reficiat.

2. E Contrario extrema erat Phariseorum malitia, qui hac Christi benignitate, & aliorum sese emendantium pietate atque exemplo peiores euadebant, murmurantes ac reprehendentes, ut discas hoc esse mundi ac malorum ingenium, ut pijs detrahant, eosque irrisionibus ac varijs modis impediant.

3. Oves illæ 99. sunt omnes Angelorum chozi, immensa multitudo, in montibus æternis Deo adhaerentes: omnis autem est humanum genus, pro quo requirendo Christus incarnari voluit, tota vita perquirere ac tandem humeris impositum (quando in cruce peccata expiavit) ad caulas cœlestes, cum Patris cœlestis & Angelorum gaudio referre. Quin immo tanta est eius caritas, ut paratus fuerit, & etiamnum sit, pro te solo, hæc eadem præstare (si ita Patri æterno videretur) quod agnoscens Apostolus dicebat. *Qui dilexit me, & tradidit (semetipsum) pro me.*

Gal. 2.

4. Per mulierem illam spiritaliter intelligi potest B. V. quæ accensa fidei lucerna, euerit domum animæ suæ, sic ut nullas omnino habuerit peccati sordes, crebrisque precibus, cœli fores pulsans, tandem inuenit drachmam, id est, gratiam concipiendi Christum, ut hominem ad imaginem Dei formatum à pulvere peccati liberaret. Unde & illa, statim concepto

cepto

cepto Dei verbo, in montana conscendit salutatura Elizabethā, quæ de benedicto fructu ei congratulata est.

5. Si Angeli (qui tamen alterius naturæ sunt, ad poenitentiam peccatoris gaudeant, quanto magis nos, de fratris nostri salute gaudere conuenit, & pro eadem procuranda laborare?

6. Nulli vnquam de salute consequenda desperandum, cum Christus pro eo, & tanta fecerit, & plura facere paratus sit; immo & Pater cœlestis, Angelique ipsi eum expectent, modo homo ipse, sibi non desit.



MEDITATIO XVII.  
DE MISERICORDIA  
ET IUDICIO.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. *Estote misericordes, sicut Pater vester cœlestis misericors est, nolite iudicare, & non iudicabimini.* Luc. 6.

II. *Date & dabitur, &c. Eadem mensura remeietur vobis.*

III. *Quid vides festucam in oculo fratris; & trabem in oculo tuo non consideras? Eijce primum trabem, &c.*

PROPHETIÆ.

**M***isericordiam volui & non sacrificium.* Mic. 6.6  
*Facere misericordiam & iudicium magis placet, Deo quam victima.* Prou. 21

X

Qui 3.

*Ibid. 2. Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inueniet vitam, misericordiam & gloriam.*

*Isa. 33. 1. Iudiciū sine misericordia, ei qui non facit misericordiam, v. qui spernis; nonne & ipse sperneris? cum desieris cōtemnere, contēneris.*

---

DOCUMENTA.

1. **S**ICUT optimorum filiorum est, vt parenti suo (si bonus sit) quam simillimū esse velint, ita bonos Christianos decet, quā proximē imitari patrem coelestem ac prācipue in misericordia erga inimicos, quos Deus, sepe preueniendo, ac gratiam largiendo, cōuertit, & saluos facit.

2. Optimum item erga fratres caritatē ostendere, neq; quenquam iudicare (si superior non sis) sed omnia in optimam partem interpretari; iudicando potius tua peccata ac cogitando

*Ioan. 8.* illud Christi, *qui sine peccato est, primus in eam lapidē mittat*, loquebatur de adultera quā Iudæi grauitè accusabāt, & occidi volebāt.

3. Hoc etiā vtilitatis, qui alium nō iudicat coniequitur, vt Deus (qui maximē misericors est, & filios sibi similes tenerrimē amat) ipi ignoscat peccata, & ne in alia incidat, eum sua gratia protegat, ac defendat.

4. *Date & dabitur vobis.* Deus tam liberalis est, vt eleemosynam, licet exiguam bono animo impēsam, vel opus aliud misericordiam, proximo propter Deum exhibitū sine mercede abire non permittat, sed vel spiritali vel temporalis aliquo dono quā liberalissimē cōpēsset.

5. *Mensuram bonam, &c. mensura bona,* sunt bona fortunæ, quæ Deus liberalibus cōcedit, *mens. coagitata, bonæ gratiæ,* quæ  
mul.

MEDITATIONVM. 485

multis partibus excedunt pretium datae eleemosynæ; *mensura superfluens*, sunt bona gloria, quæ per opera misericordiæ meremur, & sine comparatione, omnia temporalia excedunt, & hominem omni ex parte beatum reddunt.

6. *Quid vides festucam?* amor proprius hoc facit, ut vitia nostra, quæ sunt aliquando maiora, instar trabis, vix in nobis agnoscamus, cum minora, quæ sunt instar festucæ, in aliorum vita ac moribus reprehendamus. Mortificandus itaque est hic amor proprius, & vera Caritas, *qua nõ iudicat quemquam*, in omnibus actibus ostendenda.



MEDITATIO XVIII.

DE IUSTITIA

PHARISÆORVM.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Nisi abundauerit iustitia vestra *Matt. 5.*  
*plusquam Scribarum & Pharis.* non  
intrabitis in regnum cælorum.

II. Dictum est antiquis; non occides. Ego  
autem dico, ne irascaris fratri tuo.  
Nam qui irascitur, reus erit iudicio;  
qui dicit *raca*, concilio; qui dixerit  
*fatue*, gehenna.

III. Si offers munus ad altare, pri-  
mum reconciliare fratri; tunc offer.

X 2

PRO-

## PROPHETIÆ.

*Prou. 18.* **N**E verearis vsq. ad mortem iustificari.  
*Mich. 6.* Misericordiam volo, & non sacrificiū.

## DOCUMENTA.

1. **I**USTITIA *Pharisaorum* quoad opera externa, magna erat, nam 1. orabant diutissime, etiam in angulis platearum. 2. dabant largas eleemosynas, ad rubæ sonitum egenos conuocando. 3. dabant decimas bonorū etiam de rebus leuissimis, vt cymino, mentha. 4. portabant legis præcepta, descripta in vestiū suarum fimbrijs, quæ phylacteria appellabant. 5. Deo gratias agebant, in speciem factam sicut fecit Phariseus cum Publicano; adeo vt Christianos multos pudere debeat ab eis superari.
- Luc. 18.* 2. At in quo deficiebant? in tribus præcipue, vt ex Christi reprehensionibus: hic & alibi apparet. 1. externa potissimū curabāt, internis neglectis. 2. intentionem dirigebant fere non ad placendum Deo, sed ad captandam vanam gloriolam, & aurā humanæ laudis aucupandam. 3. quia in se plerunq; fidebant, nō in Deo, euentus actionum suarum, sibi potius quam Deo tribuentes. In his omnibus, qui Deo placere vult, Phariseos detestetur, & viā contraria prorsus incēdat.
3. Euāgelicæ legis perfectio multo maior est, quā legis Mosaica (ex qua præcepta moralia, reiectis caremonialibus & iudicialibus, vim suam retinebant) in eo præcipue, quod tollat ac prohibeat non tantum opera mala externa, sed singulariter interna atq; prauas cordis affectiones, qui sunt velut malorū fontes, omni ope obturandi.
4. Itaque

4. Itaq; in lege noua nō tantum actus exter-  
nus sed etiā interna affectio (deliberata) pec-  
catum censetur. Vnde circa 5. præceptum dan-  
tur à Domino 3. gradus. 1. est interior motio ad  
laxionem proximi tendens. 2. signum leue ex-  
ternum 3. verbum probrosum, quod lætio tan-  
dem sequitur & omnes rei censentur. 1. con-  
cilio. 2. iudicio. 3. gehenna.

5. Hac peccata leuia cēsentur apud homines,  
sed non apud Deum, cuius iudicia distant, *ut Isai. 55.*  
*Cælum à terra.*

6. Deus volebat in Sacrificijs externis legis,  
reconciliationem præponi, multo magis hoc  
agendum in S. Communionem, qua est vnionis  
Sacramentum.



MEDITATIO XIX.

DE 7. PANIBVS.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. Dixit IESVS miserior super turbam, *Marc. 8.*  
*quia triduo sustinent me; si dimisero*  
*ieiunos, deficient in via.*
- II. Benedicens 7. panes, & paucos pisces,  
*refecit in solitudine 4. millia hominū.*
- III. Illis satiatis, mandat tolli fragmenta,  
*ne pereant, & impleuerunt 7. sportas.*

FIGVRÆ.

ELIAS multiplicauit farinam viduæ, *vt 3. Reg. 17*  
*afficeret ipsi, ac familie, tēpore fam. s.*  
Elisē<sup>9</sup> satiavit 100. homines 12. panibus. *4. Reg. 4*

## PROPHETIÆ.

*Pf. 110. 5* **E**scam dedit timentibus se.  
*Psal. 36.* **E** in diebus famis saturabuntur.

## DOCUMENTA.

1. **C**HRISTVS vtitur consilio discipulorum (quærens quid in præsentî necessitate agendum) vt discamus etiam aliorum cõfilia audire quia Deus dat sapienciã humilibus.
2. Christum hoc loco sequebatur, non multi potentes diuites. &c. sed simplicium turba, idq; tâto affectu, vt cibi ac potus immemores, per 3. dies sequeretur, vt dicitur. 1. cum Christo, laborare in instructione populi simplicis, doctrina pueris tradenda. 2. cum turba, magis anhelare ad cibum animæ quam corporis, sine quo, in via spiritali paulatim deficiet.
3. Christus maximam habet suorum curam & eis suo tẽpore succurrit. Nam hic aduertit. 1. multos è longinquo venire. 2. iam per triduum sequi. 3. eos esse in loco deserto, vt comode aliunde habere non possint. 4. quosdam ita esse fatigatos, vr periculum sit, ne in via deficiant. Hinc eis succurrit.
4. Desertum hoc, seu solitudo, mundus præfens est, in quo tantum sunt vanitates. non solidus cibus animæ, nisi à Deo subministretur, qui nobis dat verbum suum, in sacris litteris, Euangelijs, concionibus: seipsum tanquam animæ cibus in S. Eucharistia. 7. dona spiritus sancti & consolationes internas, itemque vitas atq; exempla Sanctorum, quibus in via virtutis, reficimur ac sustentamur, ne deficiamus.
5. Deus per Apostolos, hunc cibum turbae distribuit, tum vt cibum spiritualement concionum, Sacra-

Sacramentorum &c. ab ijs accipias, qui ad hoc à Deo ordinati sunt; tum vt à superioribus (si religiosus es) te regi ac gubernari permittas, atque ex eorum manu seu ordinatione omnia accipias, tanquam si à Deo singulariter (vti vere fit) te per eos gubernante immitterentur. Itaque totam tui, curam, Deo & illis committas.

6. Christus erga suos valdè liberalis est, vt eos, si non pretiosis & exquisitis, saltem ita satiet, vt illis supersit: quod maximè in spiritualibus obseruat.

7. Reliquiæ colligendæ sunt non tantum in corporali cibo (ne quid pereat quod pauperibus vsui esse posset) sed etiam in spiritali, vt si quid tibi supersit, cum alijs libenter communices, pijs colloquijs, ope, opera.

8. Liberalitas pro Deo impensa, non est bonorum dispendium; sed Deus, (præter mercedem æternam, quam in cælo dabit) sæpe tribuit externa bona, si nobis expediat: Sicut hic ex 7. panibus, habent 7. sportas fragmentorum.



MEDITATIO XX.

DE FALSIS PRO-

PHETIS.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Attendite à falsis Prophetis. Veniunt *Matt. 7.*  
ad vos in vestimentis ovium; intrin-  
secus autem sunt lupi rapaces.

X 4

II. A fru-

II. A fructibus eorū cognoscetis eos, arbor  
mala non potest bonos fructus facere.

Ideo excidetur & in ignem mittetur.

III. Non omnis, qui dicit, Domine, Do-  
mine, intrabit in regnum caelorum, sed  
qui facit voluntatem Patris.

---

FIGURA.

2. Re. 22. **F**alsi propheta Saiah namissi prophetat  
Regi Achab fausta; solus Michas di-  
cit verum.

---

PROPHETIÆ.

Eze. 13. 3. **V**æ Prophetis insipientibus, qui sequun-  
tur spiritum suum, & nihil vident.

Hier. 23. 21. Prophetabant de corde suo mendacium, ipsi  
currebant & non mittebam eos.

Isa. 3. 12. Popule meus, qui te beatum dicunt; ipsi te  
decipiunt.

---

DOCUMENTA.

I. **F**alsi prophetis. Tales sunt hoc tem-  
pore præcipue hæretici, qui prophetant  
seu annūciant, ex corde suo mendaciū,  
iactantes: *Verbum Domini*, cum sit verbū  
nō Domini, sed illorū. 1. quia addunt, demūt,  
mutilant, reiiciunt aliquas scripturas quia vi-  
dentur esse contra illorū dogmata v. c. epistolā  
S. Iacobi. Lutherus vocauit stramineam, quia  
laudat bona opera; quæ ipse reiicit. 2. quia reli-  
cta versione Bibliorum veteri à primitiua Ec-  
clesia accepta, nouas versiones quotidie fabri-  
cant.

MEDITATIONVM. 491

cant. 3. quia novos sensus comminiscuntur, & Scriptura affingunt, quicquid ipsi prius de prauata opinione conceperint; etiam si nullus veterum eo modo scripturam acceperit.

2. *Veniunt in vestimentis ouium.* Hæ sunt alia duæ notæ falsorum prophetarum. 1. quia carent missione legitima, non habent villos ordines, vel potestatem predicandi, nisi forte à Magistratu, vel ab aliqua muliere (vt in Anglia & alibi factum scimus,) 2. sub vestimentis ouium, simulata aliqua pietate aut sanctitate conatur decipere; & simulata aliqua modestia (prout apud Anabaptistas fit) horrenda scelera & impuritates tegunt, atq; obuelant. 3. intrinsecus sunt lupi rapaces, id est, habent animū ferum, crudelem, quem cōtra Catholicos (vbi occasio datur) exserunt, vt in primis tumultibus Belgij, & in Gallia, atq; Anglia, contra tot Martyres, Calvinistæ fecerunt.


3. *Falsi etiam propheta suo modo, sunt.* Demon, Mūdus, Caro, amici &c. qui à Deo, aut virtutis via, quæ ad Deum ducit, retrahentes, spondent longam vitam, honores, voluptates, & ea, quæ carni dulcia sunt, & suauia; sed animam mergunt tandem in interitum, cū sãcti qui Deo seruiuerunt, contrarium egerint.

4. *A fructibus cognoscetis, tū quia heretici,* pulla omni vera pietate ac sanctimonia, doctrinaq; Catholica, impietatem atq; athismum induxerunt, vt fãse docet Tho. Stapletonus atq; alij; tū, quia *Mundus, Caro, &c.* reddunt conscientiam inquietam, feruorem pietatis tollunt, tentationes augent, creant inconstantiam in vocatione.

5. Homo cōparatur arbori, quæ in terra plantata, fructus sursum proferit; sic homo, licet in terra sit, cōuersationem debet habere in celis,

ac fructus coelestes producere, quia gratiæ aqua ex Sacramentis tanquam fontibus hausta irrigantur: hoc si non agit, excidetur à gratia & à familiaritate Christi exclusus mitteretur in ignem vel prauorum desideriorum (in hac vita) vel gehennæ, in futura.

6. Deus vitam aternam tanquam mercedem dat operantibus qui vocati satisfaciunt, & Deum non tam voce, quam vitæ probitate inuocant ac laudant.



## MEDITATIO XXI.

### DE VILICO IN-

QUITATIS.

### PVNCTA MEDITATIONIS.

- Luc. 16. I. Villicus diuitis, infamatus apud Dominum, quod bona dissipasset, vocatur vt reddat rationem villicationis suæ.*
- II. At ille territus, cogitat intra se modū euadendi, scilicet, singulis debitoribus Domini sui aliquid remittendo.*
- III. Laudat Dominus eum, quod consiliū sibi vtile inuenerit, monens nos, vt faciamus nobis amicos qui in aeterna tabernacula nos suscipiant.*

### PROPHETIA.

*Baruch. 3. 25. O Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius? magnus est, & non habet finem.*

D. C. CV.

## DOCUMENTA.

1. **D**IVES ille, Deus est, cuius nos villici sumus, nihil habentes nisi purū NIHIL; & illud triplex. 1. *in esse natura*, quia ex nihilo nos fecit, & nisi nos assidue cōservaret, statim in nihilū recideremus. 2. *in actionib<sup>9</sup>*, quia sine Deo tanquā causa priuā, nihil penit<sup>9</sup> (nec paruū nec magnū) agere possum<sup>9</sup>. 3. *in esse GRATIÆ ac MERITI*: quia omnē gratiam, ac dona supernaturalia gratis & sine vllō nostro merito habemus, & ex hac gratia tanquā principio vitæ supernaturalis actiones nostræ merentur etiam apud Deum.
2. Ab hoc Domino habemus villam, id est, donā multiplicia, corpus, animam, ingenium, doctrinam, opes, dona, tum naturalia, tum supernaturalia, quæ debemus colere ad voluntatem & vsum Domini; agendo scilicet, vt omnia ad maiorem eius gloriam cedant.
3. Magna infamia est *diffamari* apud Dominū talē, & Angelos, quasi *dissipes*, id est, inutiliter consumas bona eius, rebus vanis, aut etiam peccatis, te, tuaque addicere.
4. *Vocat* autem Deus, internis inspirationibus, morbis, concionibus, bonis aliorum exemplis, vt cogites strictissimam aliquando tibi de omnibus bene agendi, occasionibus ac donis reddendam esse rationem.
5. *Ait intra se*: Hæc nobis post examen exquisitū consciētiae aut post cōfessionē & penitentiā præstāda sunt, vt cogitemus de modis, quibus peccata hæctenus cōmissa diluamus, elemosynis scilicet ac varijs operibus, in Dei & Sanctorū laudē ac honorē factis. Nā circa mortem, quando ad rationē reddendā vocabimur,

tali deliberationi locus nō erit nec quicquam  
amplius tunc licebit promereri. Curandum  
itaq; vt antequam hinc amouearis, facias tibi  
amicos, pauperes vel eos omnes, quibus pro  
talento & facultate tibi concessa prodesse po-  
tes, liberaliter impertiēdo opes vel auxilium,

*Hebr. 13.* (quo egent quia *talibus hostijs*) *promeretur,*  
*16* *Deus & talis, in Deum aut proximum, Ca-*  
*1. Pet. 4.* *ritas operit multitudinem peccatorum.*

6. Diuitiæ dicuntur *Māmona iniquitatis,*  
non quod per se malæ sint, quia (vt in Genes.  
sæpius dicitur) *omnia qua fecit Deus, erant*  
*valde bona,* sed quia vel in ijs. acquirendis,  
sæpe iniquitas cōmittitur (vt ait Apost. 1. Tim.  
6.) vel quia ex earum vsu vel potius abusu,  
peccata plurima nascuntur.

7. *Recipiant vos,* &c. mirabilis est elee-  
mosynæ aliorumq; misericordiæ operum vis,  
ac priuilegium, vt Deus tanquam sibi erogata  
acceptet ac potestatem tribuat, vt quis per ea,  
regnum cœlorum promereatur.



## MEDITATIO XXII. DE PHARISÆO ET PVBLICANO.

### PVNCTA MEDITATIONIS.

*Luc. 18. I.* *Dicit confidentibus de seipsis parabo-*  
*lam, de duobus ad orationem ascen-*  
*dentibus, quorum prior stans se lauda-*  
*bat de ieiunio, decimis.*

II. Alter

MEDITATIONVM. 495

II. Alter à longè stans, vix audebat oculos in cœlum leuare, sed tundebar petus, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.

III. Concludit Christus: quod secundus sit iustificatus, non prior: quia omnis qui se exultat, humiliabitur.

Et.

FIGURA.

ANnam sterilem & humilem, quæ orabat Deum ex corde, Heli despexit, & ebriam nuncupauit. 1. Reg. 1.

PROPHECIA.

MAledictus, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Erit quasi myrica in deserto, & non videbit, cum venerit bonum. Hier. 17

DOCUMENTA.

I. **Q**ui in se confidebant. Magnum malū est confidentia sui maximè in rebus supernaturalibus, aut quæ ad salutem nostrā spectant. Vnde oritur, vt tales sibi ipsis relictis à Deo quàm longissimè discedant, & in errores ac labyrinthos inextricabiles prolabantur. Sicut è contrario, magnum spiritualis profectus adiumentum est diffidentia sui, & confidentia, quæ id a Deo promeretur, vt ei se in omnibus protectorem & quasi adiutorem exhibeat. Videatur P. Franciscus Arias.

2. *Et aspernabantur ceteros.* Alterum hoc vitium non admodum dissimile precedenti quod ex superbia, ac caritatis defectu (duabus malis radicibus) oriri solet: quo homo iuste id consequitur, ut qui proximum contemnit, a Deo ipse pariter contemnatur.

3. *Duo homines, &c.* Terribilis Deus in consiliis suis: quis non praeulisset Pharisaeum (qui tot bona fecerat) Publicano, qui multa mala egerat, & nil boni? & tamen Deo aliter visum: quid causae? Pharisaeus 1. se iustum censebat, quod solius Dei est iudicare. 2. se ipsum (contra sapientis consilium *Prou. 27.*) laudabat. 3. Ceteris se praeferebat, cum iuxta Apostolum debeat quiuis alios superiores (in humilitate) arbitrari.

4. In publicano Christus notat 5. condiciones imitatione dignas. 1. ex humilitate non audebat oculos ad caelum leuare, quia scilicet homo (etiam iustus) respectu Dei est terra & cinis. 2. fatebatur nil boni se habere vel habiturum, nisi a Deo, dicens: *Domine propitius esto.* 3. indignum se censuit ut prope alios staret. 4. accusauit se ut peccatorem. 5. & quidem internam malitiam agnoscens, pectus percutiebat.

5. *Qui se exaltat &c.* Superbia malum est generale quod simul ac semel omnia bona destruit; cum alia vitia, virtutem tantum sibi contrariam euertant. E contrario humilitas omnia bona conciliat, etsi nulla antea bona habuisset: ut hinc homo colligat: quam bonum sit ac salutare, si in conspectu semper sit pauidus, ac de nullis operibus (licet in se bonis) gloriatur, ne inde Deo magis displiceat.

MEDI-

✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠  
**MEDITATIO XXIII.**  
**DE DECEM LEPROSIS.**  
**PVNCTA MEDITATIONIS.**

- I.** Leprosi Christo occurrentes, à longè cla- *Luc. 17.*  
*mant: Iesu praeceptor miserere nostri.*
- II.** Mandat vt Sacerdotibus se ostendāt,  
*at in itinere sanantur.*
- III.** Vnus (isque alienigena) se mundatū  
*videns, redijt & magna voce Christo*  
*gratias egit.*

**FIGVRA.**

**N**Aaman Syrus, sanatus à lepra, ab He- 4. Reg. 5.  
*litæo redijt ad eum, profitens se ve-*  
*rum Deum adoraturum.*

**PROPHETIAE.**

**L**Eprofus adducendus est ad Sacerdotē, cū *Leu. 13. 3.*  
*viderit eū, ad arbitriū eius separabitur.*  
*Bonus est Dominus anima quarēti eum. Thren. 3.*  
*Novi diluculo, magna est fides tua. Ibid.*

**DOCUMENTA.**

- 1.** **P**ER 10. Leprosos indicantur vel omnes  
 peccatores, qui contra decalogum pec-  
 cant; vel certe qui imperfectiones ha-  
 bent prope incurabiles; & alios suis meribus  
 (sicut leprosi anhelitu) inficiunt.
- 2.** Sicut in leprosis (ex sanguine corrupto) mul-  
 ta vlcera minuta ac foeda assidue erumpunt,  
 semper

semperq; vti fiti cruciantur, ita in imperfectis  
noui semper defectus oriuntur, neq; vnquam  
fitis prauorum desideriorum tolli potest.

3. Modus facilis, tales, hic est. 1. *à longe stēt*,  
id est, profunde sese humiliēt. 2. magna voce  
(atq; affectu) auxilium Dei deposcant, ab eo  
solo sanari se posse agnoscant.

4. Dominus mittit eos ad Sacerdotes Mosai-  
ca legis, quorum erat ex officio, *discernere in-  
ter lepram, & non lepram*; tum vt intelliga-  
mus multo potiori iure id nobis faciendum  
esse cum noui testamenti Sacerdotibus, quibus  
potestatem dedit lepram spiritalem (pecca-  
tum) non tantum agnoscendi, sed etiam cu-  
randi ac penitus remittendi. Itaq; curandum  
vt sincerè cum illis, tanquam Dei vicariis a-  
gamus, offendentes eis omnem animam lepram,  
id est, omne peccatum; (nulum omnino datā  
opera omitteudo vel calando) alioqui & à nul-  
lo peccato prorsus absoluetur; & nouum in-  
super sacrilegii peccatum committent.

5. In via *mundati sunt*: quia saepe tanta  
est internæ contritionis ac displicentiae vis co-  
ram, vt illius virtute homo ad gratiam iustifi-  
cantem, & peccati inundationem pertingat;  
quamuis tamen, eadem peccata Ecclesia clauis  
bus, semel minimum subiicere teneatur.

6. Ex his ita sanatis, vnicus tantum gra-  
tus fuit, ad Christum redeundo; vnde audire  
meruit; *Fides tua te saluum fecit*, non tan-  
tum à lepra corporis (à qua iam cum aliis  
mundatus erat) sed etiā à lepra animæ, quam  
alii maiorem incurrerant ex ingratitude.

7. *Hic erat alienigena*, non Iudæus, vt  
scias, DEVM nulli gratiam negare, modo se  
eius voluntati accommodet; vti hunc fecisse  
videmus, exemplum dedit eius, quod nobis  
post confessionem agendum est. ME-



MEDITATIO XXIV.  
DE DVOBVS DOMINIS.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Dicit Iesus discipulis, nemo potest duobus Dominis (Deo & mammona) seruire. Matt. 6.

II. Ideo dico, ne solliciti sitis anima vestra, quid manducetis, vel corpori, quid induamini &c.

III. Querite primum regnum Dei & iustitiam eius, & reliqua adyicientur vobis.

PROPHETIAE.

**E**scam dedit timentibus se. Ps. 110. 5.  
Qui dat inuentis escam ipsorum, & Psal.  
pullis coruorum inuocantibus eum. 146. 9.  
Qui producit in montibus foenum, & Ibid. 3.  
herbam seruituti hominum.

DOCUMENTA.


I. **D**VO Domini hic intelligendi sibi mutuo contrarii, vt DEVS verus & Damon, qui dicitur hic Mammon, Pluto Deus diuitiarum, qui contraria suadent: quia Deus vult a nobis coelestia amari, carnem domari, superflua dari pauperibus; Damon vult

vult temporalia appeti, carnem in delicijs nutri-  
 ri, aliena rapi. Si Deo seruire opus est, vt  
 celestia queras, nō carnis illecebras, honores,  
 voluptates &c. que omnia Deus vult cōtemni.

2. Christus nunquam in vlla re tot rationes  
 adhibuit, vt scias hanc sollicitudinem, quam  
 dissuadet, homini valde noxiam esse, ad quam  
 5. agumenta adhibet. 1. quia Deus maiora de-  
 dit, corpus scilic. & animam. Ergo minora da-  
 bit. 2. ab exemplo auium, quas Deus nutrit. 3.  
 ab inutili; quia ad staturam nihil adicere pos-  
 sumus. 4. ab exemplo herbarum lilii, fœni,  
 quas Deus vestit. 5. quia hæc sollicitudo propria  
 gentiliū, nec Dei filium decet; qu. si ille tuos  
 negligeret: proinde hæc sollicitudo rei scienda  
 est in eum, tanquam omnis boni auctorem, iux-  
 ta illud *Psal 49. Iacta super Dominum cu-  
 ram tuam, & ipse te enutriet.* Quod dictum  
 S. Franciscus dabat suis alumnis loco vtiæ.

3. *Ne solliciti sitis:* Valde noxia est superflua  
 sollicitudo; qualis in multis secularibus per-  
 spicitur, qui Deo neglecto a mane ad vesperā  
 tantum secularia tractant; de anima parum aut  
 nihil omnino solliciti, quod Christiano ho-  
 mine indignum est, Deo ingratum, & nobis  
 (qui hoc modo Dei auxilio nos priuamus) val-  
 de damnosum. Hinc rectius sibi consulunt pii  
 homines, & maxime religiosi, qui paruo con-  
 tenti, animæ salutī potissimum vacant; alia  
 Deo committentes.

4. *Regnum Dei* quarimus, cum damus ope-  
 ram vt in gratia Dei simus; eius præcepta ob-  
 seruātes & omnia dicta facta cogitata, ad Dei  
 gloriam referentes qui reliqua adiciet, prout  
 animæ salutī conducere viderit; nobis pariter  
 moderate collaborantibus, quia non omnem  
 sollicitudinem, sed superflua & salutī noxiā  
 condemnant.



MEDITATIO XXV.

DE HYDROPICO.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Cum esset ingressus domum Phari- *Luc. 14*  
 sai Sabbatho, manducare panem, ipsi  
 obseruabant eum.

II. Hydropicum ibidem presentem sa-  
 nat, probans id Sabbatho licere; si-  
 cut ipsi asinum lapsum extrahebant.

III. Contra superbos humilitatem do-  
 cet, inuitatus recube ultimo loco; quia  
 qui se humiliat, exaltabitur, &c.

P R O P H E T I Æ.

Viderunt eam hostes, & deriserunt Sab *Thre. 1. 7*  
 barba eius. *teorū longè est à me.*

*Populus hic labijs me honorat, cor autem* *Isa. 29.*

*Excelsus Dominus, humilia respicit, &* *13.*

*alta à longè cognoscit.* *Pf. 137.*

6.

D O C V M E N T A.

I. Ingressus domum Pharisæi. Benigni-  
 tas Christi hæc erat, non refugere con-  
 sortia eorū, qui ad calūniandū obserua-  
 bant eū; ipse vero occasionē quærebat, si pos-  
 set eos pijs colloquijs ab errore & peccatis de-  
 ducere. Id ipsū Christiano, ac religioso præci-  
 pue, faciendū, vt si cōsortia malorū aliquādo ad-  
 mittat, id agat, vt suo exēplo ac colloquijs me-  
 liores efficiat; orādo Deū, ne inter tales pusilla-  
 nimes sit, sed ex zelo, audeat aliquid dicere.

2. *Manducare panem*: hac phrasi in scriptura significatur humana refectio, sed indicatur pariter, quam sobria illa esse debeat; cum alibi dicat Sapiens. *Spiritum vitæ hominis aqua & panis*, quod si tibi iam excaussis non liceat; danda tamen est opera, ut paucis contentus viuas, & ferculorum copiam respicias.


3. *Silicet Sabbatho curare?* superstitiosè seruabant Pharisei Sabbathum; ut populo Iudaico (cui Sabbathum peculiariter à Deo datū fuerat, tamen illud tunc accurate non seruabant) placere possent; cum tamen minus alia Dei præcepta, multo maiora (quia exterius non apparebant) negligenter. Caue ne Phariseos hac in parte imiteris, & publica, quæ patent, diligenter; secreta verò ac priuata (quæ non apparent hominibus) negligenter peragas.

4. *Apprehensum sanauit eum*. Hæc erat incensa Christi caritas, ut miserum sanaret; quamuis non ignoraret, Phariseis hoc displiciturum ut discas aliis egentibus bene facere, etiam cum aliqua molestia, & fama tua damno.

5. *Cuius vestrum asinus &c.* Magna hæc fuit Phariseorum superstitio, ut damna temporalia cauere posse iudicarent Sabbatho, sine eius violatione; & tamen Christum iudicarent, quod animas à Dæmone possessas, Sabbatho liberaret. Idipsum nobis contingit, quoties magis de temporali aliquo lucro vel damno commouemur, quam de animæ perditione. Certè prout Pharisei hic nõ habuerunt, quod Domino responderent; ita & nos in die iudicii, quid dicamus, non supererit.

6. *Dice-*

6. Dicebat ad inuitatos parabolam. Merito de Christo dicitur: *zelus tuus comedit me*; P<sup>sal.</sup> 68. 10. Ioan. 2. 17. qui vbicumq; esset, zelus diuini honoris, & salutis humane tenebatur, vt etiam in conuiuio, mores doceret & precipue humilitatem; quam ab eo disceres.



MEDITATIO XXVI.  
DE MAGNO MANDATO.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Doctorei roganti, quod esset magnum Mat. 22.  
mandatum? Resp. Iesus: Dilige Do-

minum Deum tuum ex toto corde, anima, mente, viribus, &c.

II. Secundum huic simile Dilige proximum tuum, sicut teipsum.

III. In his duobus preceptis, vniuersa lex pendet, & propheta.

FIGVRA.

Dauid vir secundum cor Dei; fecit omnes voluntates Dei, non fuit ei similis. A<sup>et.</sup> 13. 22.

PROPHETIA.

Diliges Dominum Deum tuum, ex toto P<sup>sal.</sup> 88. 21.  
cordetuo, ex tota anima tua, & ex tota  
fortitudine tua. Di.

- Le. 9. Diliges amicum tuum, sicut teipsum.  
 18. Si toto corde reuertimini ad Dominum  
 1. Reg. 7. &c. seruite illi soli.  
 Deut. 4. Cum quaesieris Dominum Deum tuum,  
 29. inuenies eum. Si tamen in toto corde qua-  
 sieris eum.

## DOCUMENTA.

1. **Q**uamuis hic Legis Doctor, Dominum  
 interrogasse videatur, potius animo  
 tentandi, quam discendi, vt ille alius  
 (Luc. 10. qui simile quid rogauit: *tentans eum*)  
 tamen Christus Dominus veritatem sincere  
 proposuit, tum propter honorem patris coele-  
 stis, quem ubiq; augere desiderabat, tum, vt of-  
 ficio suo, & incarnationis fini satis faceret, de  
 quo apud Pilatum dixit: Ioan. 18. *Ego in hunc  
 mundum veni, vt testimonium perhibeam  
 veritati.* Hanc alios iuuandi, honoremq; æ-  
 terni Patris promouendi, firim imitari nos  
 conuenit; vt *opportune, importune* veritatem  
 pro re nata, & conditione nostra, proponamus,  
 ac circa hostes defendamus.
2. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto  
 corde &c.* diligimus ex toto corde quando om-  
 nes cogitationes in eum reflectimus; ex tota  
 anima, cum omnes affectiones in eum conuer-  
 timus; ex tota mente, cum omnes quinque sen-  
 sus facimus ei seruire; ac nihil, nisi propter ip-  
 sum diligimus. *Vid. P. Alu. to. 1. l. 3. c. 16.*
3. *Quinq;* autem signa amoris cõmuniter ob-  
 seruãtur. 1. libeter colloqui cum eo, quem dili-  
 gis. 2. eius domum adire. 3. secreta sua ei pate-  
 facere. 4. cum eo comedere. 5. eidem munera  
 donare. *Hæc ipsa cum Deo facienda, vt liben-*  
 ter


MEDITATIONVM. 505

er cum eo in oratione, & meditatione collo-  
quaris. 2. Templum, quæ domus eius est, cre-  
bro adeas. 3. peccata tua etiam secretissima ipsi  
per vicarium confitearis. 4. SS. communionem  
sæpe usurpes. 5. si manera alia offerre nequeas,  
aut eleemosynas in pauperibus, saltem omnia  
opera tua offer ad eius gloriam, & maiora ad-  
huc animo concipias.

4. *Diliges proximum*: hoc est, non tantum  
amicum, vel Christianum quemlibet, vel tibi  
notum; sed omnes homines, tam notos quam  
ignotos; amicos, & inimicos, fideles, & infide-  
les: quia omnes ad eius imaginem creati sunt,  
& eiusdem parentis Adæ filii, pro quibus om-  
nibus debemus orare, offensas condonare bo-  
naq; temporalia, ac spiritalia illis precari, quia  
pro his item omnibus Christus mortuus est.

5. *Huius simile*: tam enim necessaria est  
nobis proximi dilectio, vt sine ea Deus ipse  
diligere nō possit: dicete Apostolo 1. Ioan 4. *Qui  
non diligit fratrem, quem videt, DEVM,  
quem non videt quomodo potest diligere?*

6. *In his duobus vniuersa lex pendet &c.*  
non quod alia nulla præcepta sint; sed quia o-  
mnium, quæ præcipiuntur, consuluntur, prohi-  
bentur, promittuntur, docentur &c. in scrip-  
tura vel prophetis, finis est dilectio Dei &  
proximi, sine qua, opera etiam optima nil  
profunt ad salutem: vt proinde ad eam, vt fi-  
dem omnia omnino dirigenda sint.



MEDITATIO XXVII.  
DE VESTE NVPTIALI.  
PVNCTA MEDITATIONIS.

*L. Dixit Iesus parabolā. Rex ad nuptias* Mat. 26.  
*filii*

filij, vocauit multos: quidam abierunt, neglexerunt, alij nuncios occiderunt.

II. Rex iratus perdidit homicidas, atq; in viis publicis alias vocauit, donec impleta sunt nuptia discumbentium.

III. Rex visitans videt vnum non vestitum veste nuptiali, & ait: amice, quomodo hic intraisti &c. mandat ministris vt eijciant in tenebras.

---

FIGVRÆ.

*Esth. 1. c.* **A**SSVERVS Rex, anno tertio regni sui, fecit grande conuiuium, cunctis principibus 180. diebus, vt ostenderet diuitias gloriae, & magnitudinem atque iactantiam potentia suae.

*4. Re. 25* Vrbs Hierusalem, cum Hieremiam aliosque prophetas ad se missos contemneret, tandem in ultionem peccatorum à Nabuzardam principe militiae Assyriorum euerfa est, populo in captiuitatem conducto.

---

PROPHETIÆ.

*Prou. 1. 24.* **Q**Via vocaui, & renuistis; extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum. Ego quoque in interitu vestro ridebo.

Quomo-

Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis? Iustitia habitauit in ea; nunc autem *Isa. I. 21.* homicida &c. propter hoc consolabor super hostibus meis, & de inimicis meis vindicabor.

## DOCUMENTA.

1. **R**EX fecit nuptias. Hæ nuptiæ factæ sunt, quando filius Dei carnem assumpsit ex B. Virgine. Ad has tu pariter cum alijs vocatus es; & quicumque veniunt, Christum fide viuâ suscipientes fiunt amici, domestici & filii Dei, donorum spiritus Sancti participes.
2. *Misit seruos, &c.* hæc inuitatio facta est initio Ecclesiæ per SS. Apostolos, virosque Apostolicos, durabitque usque ad finem mundi; cum semper vel noui populi conuertantur, vel filij ex Christianis nati, fidem suam vel alienam voluntate suscipiantur.
3. *Illi neglexerunt & abierunt &c.* Duo genera hominum hic notantur, scilicet viliam visentes & negotiatores, quibus designantur superbi & auari, qui sunt, aucupandis honoribus aut cumulandis huius sæculi opibus nimium addicti: quorum vtrunque caue, si ad nuptias illas cœlestes aliquando peruenire desideras.
4. *Reliqui tenuerunt seruos, & occiderunt, &c.* Tales fuerunt tyranni, aut crudeles homines, qui SS. Apostolos aliosque viros Apostolicos contumeliis affecerunt (a se eicientes) aut etiam varijs supplicijs affectos occiderunt. Tales etiam sunt hodieque inter Christianos, qui diuinas inspirationes, è concione,

lectione spirituali, aut aliunde susceptas, & tanquam Dei nuncios ad se missas, cum summa ingratitude (propter amorem parvorum) honorum, voluptatum &c. à se reiciunt, & peccatis etiam gravissimis (contra conscientiam fugillantem, commissis) eas, quantum in se est, occidunt, ac data opera suffocant. Tales item sunt, qui concionatores, à mundi voluptatibus, vanitatibus &c. auolantes & ad caelestia, virtutum amorem, frequentem Sacramentorum usum inuitates derident atq; odio prosequuntur; quiq; alios pietati magis deditos, ac virtutis, sacrorum mysteriorum, aliorumque exercitiorum studiosiores, sannis ludibrijsque proscindunt. Quorum ut ingens numerus, ita maxime cauendus; ne tu communi quasi exitio inuoluaris.

5. *Perdidit homicidas.* Sicut Deus olim Hierosolymis primos Tyrannos, Apostolorum ac Christianorum hostes gravissime ultus est, multis calamitatibus in hac vita affligendo ac postmodum ad aeterna inferorum supplicia condemnando; ita etiam impios Christianos, & in hac vita calamitatibus diversis obruet, & in futura, iisdem suppliciis, aut etiam gravioribus quam Gentiles ipsos addicet; eo quod ipsi & maiorem Dei cognitionem habuerint, & plures salutis consequendae rationes obstinate reiecerint, sponte sua in paratum sibi interitum ruentes.

6. *Congregauerunt bonos & malos.* In horum superbiorum & ambitiosorum locum successerunt humiles ex Spiritu qui humilitate sua, & mundi contemptu DEO placuerunt.

7. Nectamen omnes saluantur: quia sunt quidam, qui consententur communicant, orant, &c. sed

&c, sed sine veste nuptiali, sine caritate & intentione pura: tales etiam à Deo puniuntur.



MEDITATIO XXVIII.  
DE FILIO REGVLI.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. *Regulus rogat Iesum vt descendat Ioan. 4.  
& sanet filium incipientem mori.*
- II. *IESV dicente: nisi signa & prodigia videritis, nõ creditis: magis virget pater, vt descendat &c.*
- III. *Christo dicente: vade, viuit filius; abijt; & audiens eadem hora sanum factum credit ipse & domus tota.*

---

F I G V R Æ.

**C**um Elias suscitasset filium viduæ Sa-  
ceptanæ, illa dixit. In isto cognoui  
quia vir Dei es tu. 3. Reg. 17  
24.

Sunamitis, recepto ad preces Elisæi fi-  
lio, corruit ad pedes eius, & adorauit su-  
per terram. 4. Reg. 4  
17.

---

P R O P H E T I Æ.

**I**mple facies illorum ignominia, & qua-  
rent legem. Psal. 82.  
17.

X 2

Cum

*Psa. 77. Cum occideret eos, quarebant eum, & re-  
uertebantur, & diluculo veniebant ad eum.*

## DOCUMENTA.

1. **R**egis filius infirmabatur. Hinc appa-  
ret rerum huius mundi vanitas, quæ  
hominem à morbis alijsque malis li-  
berare non possunt; vt discas Deo adherere,  
qui nunquam deficit; & semper sanare ac iu-  
uare te potest, si ita expediat: imo omnibus te  
(in morte) deserentibus, te ille non deseret,  
nisi tu ipse prior illum deserueris.

2. *Hic cū audisset quod Iesus veniret in Ga-  
lilaã. Perambulatum Dominus varias ter-  
ra Sãcte, in qua præcipuè degebat, regiones,  
tãquã medicus, operã suã omnibus gratis offe-  
rendo, vt sanaret, Act. 10. 38. omnes op-  
pressos à Diabolo. Et nunc in cœlo quoad  
humanitatem residens, sed maiestate sua, vbi-  
que præsens, idem præstat; ac in venerabilis  
Sacramenti ferculo circumlatus, varia affli-  
ctis, atque opem poscentibus, auxilia con-  
fert.*

3. *Regulus abiit ad eum. Hac occasione ma-  
le habentis filij vsus est DEVS, ad conuersio-  
nem potentis, qui Christum alias ibidem  
præsentem (cum primum miraculum in nu-  
ptijs fecit) aut ibid. habitantem vel non adie-  
rat, vel eum non magni lecerat. Id ipsum ad-  
huc nobis hodie euenit, qui in prosperitate  
DEVM negligimus; in aduersitate, ad eum  
recurrimus iecundum illud Propheta Regij,  
*Psal. 82. 17. imple facies eorum ignominia,  
& quarent nomen tuum Domine: vt etiam  
morbos & alia aduersa, tanquam salutis no-  
stræ**

stræ media, à summa Dei prouidentia immissa agnoscamus & suscipiamus, optantes à Deo, & gratias agentes, vt SS. fecerunt.

4. *Nisi videritis &c.* Christus duriuscule regulum alloquitur, tum quod fides eius esset imperfecta (putabat enim opus esse Christi præsentia vt filium iuuaret, quasi id ipsum absens, sua potentia nequiret) tum ne videretur personam diuitis ac potentis respicere, qui aliàs inuitatus ad seruum centurionis, vltro se venturum statim respondit, domino mirante ac deprecante, quasi eius præsentia indignus esset. Forte & tua etiam fides est imperfecta, qui tam parū moueris, vel comminatione supplicii (in inferno aut purgatorio) vel promissione æternæ gloriæ in cælo; quæ si viua fide apprehenderes, multo in diuino seruitio feruentior, & in peccatis vitandis cautior esses.

5. *Credidit ipse & domus.* Et tu pariter regulus quidam es, qui habeas regendas potētias animæ internas & externas, omniaq; mēbra, vt subsint Deo & rationi: Filius tuus est anima tua, qua si sit proxima lapsui in peccatum, recurrendum est, vera fide ad Deum vt eruat.



MEDITATIO XXIX.  
DE REGENERATIONEM  
PONENTE CVM  
SERVO.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Rex remiserat 10. millia tal. seruo Matt. 18.

T 3

pro-

*procidenti in terram ac roganti, ut patientiam haberet; se soluturum.*

II. *Idem seruus, conseruo 100. denarios debenti & eadem ratione petenti nō ignoscit sed ferè suffocat.*

III. *Rex hoc audiens, iratus tradit tortoribus donec debitum reddat. Sic faciet pater cælestis, si non remittatis fratri.*

#### PROPHEZIA.

Eccl. 28. 1. **Q***ui vindicari cupit, inueniet vindictā & peccata illius seruās seruabit. Relinque proximo nocētē te. & deprecāti. Homo homini seruat iram & à Deo quaerit medelam.*

#### DOCUMENTA.

x. **R***EX in hac parabola, Christus est, ac seruus homo quilibet, qui à Deo creatus, Christi sanguine redemptus & in vineam præsentis vitæ conductus est, ut Deo seruiat. Hic sæpe ingentia debita peccando contrahit: quia tanta est, vel vnus peccati malitia, ut pro eo (remota Dei misericordia & Christi meritis) nemo possit satisfacere; iraque opus est, ut se humiliet, ac pœnitentiam agat.*

2. *Debitum dimisit ei. Tanta est, Dei misericordia, ut nostra humilitate ac pœnitentia, statim flectatur, & quamuis ex fragilitate in ea-*

In eadem peccata recidamus, nobis tamen eadem remittere paratus est (etiam septuagesies septies, ut dixit S. Petro in hoc cap. 18. Matth.) modo nos ipsi, in humilitate, pœnitentia & emendationis firmo proposito, nobis non desimus; adeo ut non tantum culpam, sed etiam pœnam omnem (si contritio sit sufficiens) nobis remittat.

3. *Egressus inuenit unum de conseruis.* Crudelitas ac sauitia ingens fuit huius hominis, qui paulo ante à Rege tam beneuole ad vnâ deprecationem dimissus, tam crudeliter nunc in similem sibi, sauire incipiat. Talis & tu es, quoties propter leuem offensionem proximo non ignoscis: quantum discrimen est hic inter vtrunq; debitum? maius est discrimen inter offensam Dei infinitam (quæ propter peccatum contra Deum infinitum admittitur) & offensam alicui homini (etiam Regi atque Imperatori, qui in conditione naturæ humanæ similis est) illatam.

4. Media, quibus ad iniuriam proximo remittendam moueri possis; sunt varia. 1. longanimitas Dei, qua impios expectat donec se emendent, uti tecum sapius fecit. 2. eiusdem misericordia, qua te, non cogitantem etiam de reconciliatione, bonis inspirationibus, concionibus, aliisque monitionibus inuitat, & quam primum doles ac veniam deprecaris, condonat. 3. quia Deus præcepit proximum diligere, ac tanto opere offenditur si contrarium fiat. 4. quia hac ratione filius Dei efficieris, ei in misericordia, quam simillimus. *Matth. 5. Diligite inimicos, & eritis filij Altissimi.*


Y 4

5. quia

5. quia alias hac ingratitude, ira Dei provocatur, & poenae peccati augentur.

5. *Sic & Pater meus caelestis faciet vobis.* Mirum est, quanti DEVS dilectionem mutuam inter homines faciat; adeo ut homini eam contemnenti, suam ipse dilectionem ac gratiam neget; immo & in aeternas inferorum poenas detrudat.

6. *Remiseritis fratri de cordibus vestris,* non satis est Deo, si ore tantum remissio fiat (manente aliquo rancore interiori) sed corde etiam fieri debet, ut nulla resideat interior auersio, aut iniuriae memoria. Sicut ipsemet *Ezech. 18.* peccatori poenitenti promittit se iniquitatum eius, memorem non futurum.



## MEDITATIO XXX.

### DE NYMISMATE

CENSUS.

#### PUNCTA MEDITATIONIS.

*Mat. 22* I. *Pharisaei cum Herodianis, volentes Christum capere in sermone, dicunt: Magister, scimus, quia verax es, & viam Dei doces &c.*

II. *Petentibus an liceat dare censum? respondit, quid me tentatis, hypocrisis? & ostenderunt denarium cum imagine Caesaris.*

III. *Red-*

III. Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari:  
quæ sunt Dei, Deo.

PROPHETIÆ.

**N**on est sapientia, non est prudentia. Prou. 21  
 Non est consilium contra Dominum. 30.  
 Apprehendit sapientes in astutia sua. Iob 5.13.  
 Frustrâ iacitur rete, ante oculos pennatorum. Pro. 1.17

DOCUMENTA.

1. **P**harisæi cum Herodianis. Hic exprimitur typus & imago impiorum contra bonos. 1. quamuis inter se opinionibus discrepent; tamen in piorum oppugnatione atque oppressione consentiunt. 2. Consilia inter se conferunt, vt quod vnus per se non posset, plures coniuncti hoc peragant. 3. factè agunt, nequitiam calantes. 4. adulantur, & quasi optimè de alio sentirent, dilaniant. Id ipsum faciunt hodieq; Calvinistæ cum Lutheranis, Hussitis, Anabaptistis &c. contra Catholicos; & alij saculares impij contra bonos religiosos aut Deo deditos.
2. *Magister scimus &c.* Hæc verba, etsi factè ab his impijs prolata ostendant, qualis Christus Dominus fuerit, & quales Christiani Doctores eius imitatores esse debeant. 1. Magistri, id est, auctores bonorum operum, verbo & exemplo. 2. veraces, non ficti, qui quæ dixerint, aut promiserint, siue Deo, siue hominibus, re ipsa præstent. 3. docentes viam Dei in veritate, non tractando nugas, vanitates, curiositates, sed pia colloquia viurpando soli

das virtutes proponendo, & exercendo. 4. neminem timendo, nisi solum Deum; omnibus veritatem predicando, laudando bonos, increpando malos, sine vlla personarum acceptione.

3. *Licetne dare censum Casari?* Astuta & malitiosa quaestio, in qua responsio simplex, sine periculo esse non poterat, vnde sperabant se occasionem illum calumniandi aut accusandi habituros. Si enim affirmaret dandum; agrè laturus erat populus libertatis suae (si quis alius sub coelo) appetentissimus: vt dicerent Ioan. 8. *nemini seruiuimus vnquam.* At si negaret, periculum erat, ne apud Romanos (qui praesidem ibi suum habebant) in suspicionem veniret rebellionis, aut tumultus, praesertim, cum ad tales motus Iudaei per se essent inclinati.

4. *Cognita autem nequitia &c.* ostendit Christus hoc facto, se non esse purum hominem sed Deum, qui intimos etiam cordis recessus penetraret; vt discas & tu eum timere ac reuereri; vt qui omnia tua clare videat, & suo tempore seuerissime iudicabit.

5. *Quid me tentatis?* Verè ostendit se esse talem, qualem ipsi paulo ante (licet aliud intendentes) descripserit. 1. illis non blanditur, vt discas non quarere fauores humanos. 2. vt scias fictos & fraudulentos non posse dilatare. 2. *Vocat hypocritas*, vt discas aduersarios ex verbis ipsorum, si potes redarguere.

6. *Cuius est imago?* Contra tentationes mundi, carnis ac Daemonis, multum iuuat cogitare, te in anima habere imaginem Dei, ad qua in creatione factus es & in baptismo re-  
forma-

formatus, addito signo S. crucis: si religiosus es, adiunctis votis, quæ Deo promissisti.

7. *Reddite qua sunt Cesaris, Cesari.* Per libertatem Christianam nemo liberatur à legitima superiorum ( tam spiritualium quam temporalium ) potestate; à qua nec Christus ipse se exemit: imo vere Deo obedire non potest, qui superiori suo non obedit.



MEDITATIO XXXI.  
DE ABOMINATIONE  
DESOLATIONIS.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. *Dixit Iesus discipulis, cum videbitis abominationem desolationis, qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes &c.* Mat. 24
- II. *Va prægnantibus & nutrientibus, orate ne fuga fiat hyeme vel Sabbatho: Tribulatio magna erit: sed dies breuiabuntur.*
- III. *Si quis dixerit: ecce hic, aut illic Christus, in deserto, in penetrabilibus, nolite credere: quia sicut fulgur veniet.*

---

 PROPHE TIAE.
 

---

Dan. 9.  
27. **E**Terit in templo abominatio desolationis,  
& usque ad consummationem & finem  
perseuerabit desolatio.

Dan. 10. A tempore cum fuerit ablatum iuge sa-  
crificium, & posita fuerit abominatio deso-  
lationis dies 1290.

---

 DOCUMENTA.
 

---

1. **C**Um videritis abominationem. Hoc  
Euangelium pertinet ad ea vel quæ  
facta sunt in euerfione Hierusalem  
per Romanos facta, vel quæ fiunt tempore  
Antichristi, vel quæ fiunt iam ab Hæreticis,  
atque impiis omnibus tanquam Antichristi  
membris. Et hæc præcipue nobis accommo-  
danda.

2. Tunc qui in Iudicio S. indicatur ad  
litteram quid Christiani facere debuerint,  
eo tempore quo Hierusalem à Romanis ob-  
fessa atque euerfa est. Spiritualiter innuitur  
nobis quid agendum nobis in desolatione per  
hæreticos inducta, per quam multis in locis,  
sacra negliguntur, imagines deiiciuntur, Mis-  
sa aboletur, Catholici expelluntur, vt fit in  
Oriente per Turcas, in magna Europæ parte  
per hæreticos. Tria mandat, 1. qui in Iudæa  
sunt, id est, in vera fidei confessione con-  
stantes, fugiant ad montes cœlestia con-  
templando & in bonis cœlestibus aliquando  
futuris spem figendo, ne calamitates nimium  
sentiāt, aut fortunæ bonorū amissione deiiciā-  
tur &c. 2. qui in tecto est, non descendat,  
id est,

id est, omnia terrena calcet & contemnat. 3. *qui in agro, nō reuertatur, &c.* id est, in agro & vinea Domini constanter persistat in aliorum conuersione.

3. *Vt pręgnantibus & nutrientibus.* Magna pericula impendent viuentibus inter infideles, Turcas, Hęreticos, si sint *pręgnantes*, id est, habeant tantum desideria uirtutum, nō habitus ipsos, si sint *infantes*, id est, non grandes aut fortes in fide, ut possint ferre pro fide ludibria, uerba, carceres, amissiones bonorum, ob quę multi (pro dolor!) quotidie deficiunt.

4. *Orate ne fuga V. fiat. H. S.* per hyemem intelligitur frigus piorum exercitiorū, ut ieiuniorum, pęnitentię &c. quę aspera uidentur, sed multum profunt ad opera spiritus. Per Sabbathū significatur negligens frequęntatio Concionum, & officiorum diuinorum, ex quo neglectu fit, ut plurimi a uita pia, bene incepta, tandem desistant.

5. *Nisi breuiati fuissent dies, &c.* Ecclesia Catholica magnam hactenus persecutionem sustinuit; sed sperandum non diu posthac duraturam, propter preces electorum, id est, Sanctorum, qui in Ecclesia uiuunt, vel in cęelum recepti, pro Ecclesię pace apud Deum intercedunt.

6. *Si dicant ecce Christus hic &c.* Signum Ecclesię hęreticę est, si sit in aliquo angulo, ut olim Donatistę (uā dicebāt esse in sola Africa (teste Aug.) Lutherani in parte Germania, Calvinistę in Anglia &c. fordes sunt in angulis. Ecclesia Christi per totum orbem extendi debet, ab Oriente in Occidentem; ut olim fuit; & nunc in nouo Orbe ad Orientem & Occidentem

dentem Ecclesia Catholica est, sine hæreticis.

6. *Sicut fulgur &c* Aduentus Christi ad iudicium fulguri comparatur, quia subito fiet, & tempus (Deo ita volente ac disponente ad bonum nostrum) incertissimum est, vt semp. r. vigilemus (sicut Christus ipse nos hac ex causa sapius admonuit) & in Ecclesia Catholica, atque in vita sancta cum timore ac tremore salutem nostram operantes perseueremus.



MEDITATIO XXXII.  
DE SIGNIS EXTREMI  
IUDICII.

PUNCTA MEDITATIONIS.

- Luc. 21. I. Erunt signa in sole, luna, stellis &c. arescentibus hominibus præ timore eorum, quæ superuenient, &c.*
- II. His fieri incipientibus, leuate capita; quia appropinquat redemptio vestra.*
- III. Dicit parabolam. Videte ficulneam, &c. Cum hæc fient, scitote quia prope est regnum Dei.*

PROPHETIÆ.

*1. Reg. 2. IO. Dominum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in caelis tonabit.*

*Pro-*

MEDITATIONVM. 521

Propè est dies Domini, quasi vastitas à Domino propter hoc, manus dissoluentur, & omne cor tabesceat. *Isa. 13. 6 & 13.*

Iuxta est dies Domini, &c. dies ira, dies illa, tribulationis & angustia, dies calamitatis & miseria. *Sopho. 1. 14. Malach. 4. 1.*

Dies veniet succèsa quasi caminus, & erunt oēs superbi & faciētes iniquitatē, stipula, &c.

DOCUMENTA.

1. **A**DVENTVS Christi triplex est. 1. fuit visibilis, quando venit in mundum per natiuitatem, & exprimi solet in processione Palmarū seu ingressu in Hierusalem terrenam, vbi erat tūc populus à Deo electus, & vnicum templum, Deo vero consecratum. 2. erit visibilis, quando in fine mundi tanquam Iudex terribilis viuorū & mortuorum veniet ad iudicandum, & eius signa hodie nobis proponūtur. 3. spiritalis, quando in hoc toto tempore gratiæ venit ad animā fidelem vel vt sanctitatē in ea incipiat (vt fit in peccatore quando 1. à peccato mortali liberatur) vel vt sanctitatem iam alias cœptam augeat, vt accidit quotidie hominibus pijs, ad quos Christus in SS. Eucharistia aut aliter venit & prius quidem est humilis & iucundus ad excitandum amorem. 2. est terribilis ad incutiendum terrorem, quia his duobus affectibus (tanquam pedibus) ad Deum accedimus.

2. *Erunt signa &c.* Prædicuntur hæc signa, in cœlis ac stellis imò ferè in mutatione totius orbis; vt clarius omnes intelligant, quā terribile illud iudicium futurum sit; vt multi vel ad solam eius memoriam, commoti hæserint; cum sibi viderentur assidue audire: *surgite*

*surgite mortui. venite ad iudiciū; & vt ait Euangelium, homines tunc arescent pra timore, maximè, qui sibi male conscij examinabuntur, extremum dedecus atque aeterna supplicia, pro suis sceleribus expectantes: & à bonis, quæ hic amauerant, erunt in perpetuum separandi.*

3. *His fieri incipientib. leuate capita.* Homi-  
nibus sanctis ac probis (quales erāt SS. Aposto-  
li, cū Dominus hæc illis prediceret; qualis erat  
S. Paulus dicens: *cupio dissolui, & esse cum  
Christo*, quia scilicet, multorū laborū pro  
Christo exantlatorū, ac multorū perpetrato-  
rum conscientia fretus. tale tempus adesse ge-  
stiebat; vti alias indicauit, cum diceret:  
*tempus resolutionis mea instat. bonū certamē  
certaui, &c. de reliquo reposita est mihi corō-  
na, &c. & ijs qui diligunt aduentum eius.*

4. *Appropinquat redemptio.* Iusti incre-  
dibile gaudium percipiēt ex liberatione, tum  
corporis ab omnibus morbis, & corruptione  
(vt corpus fiat quodammodo spiritalē, qua-  
tuor illis gloriosi corporis dotibus exor-  
natum) tum etiam animæ ereptæ ab omni  
passione inordinata, ab omni tētatione Mun-  
di, Carnis, Damonis, denique ab ipso damna-  
tionis metu.

5. Dicitur totum illud gaudium venturum  
*de cælo*, tum vt scias, ex vi cœlestis gratiæ  
factum, quod assequaris; tum vt clarè agnoscas  
nullum solidum gaudium in terra, aut de ter-  
ra tibi esse expectandum.

6. *Videte ficulneam.* Comparat hanc  
mutationem cum arboribus pullulantibus,  
tum vt discas, iustos, qui in hac vita tanquam  
in hyeme mortui (mundo scil.) videbantur,  
forte

fore multo pulchriores & ornatiores, tum vt colligas te, regno cœlorum esse proximum, cum instar bonæ arboris virtutum flores ac fructus profers.



MEDITATIO XXXIII.  
DE D A E M O N I O

M V T O .

P V N C T A M E D I T A T I O N I S .

- I. IESV demonium ex muto, & cæco Luc. II. eijciente, quidam dicunt fieri in Beelzebub. &c. alij signum aliud quarunt.
- II. IESVS videns cogitationes eorum, dicit: omne regnum in se diuisum desolabitur, &c.
- III. Cum simile de forti armato Dominus attalisset, mulier quadam laudat Matrem, cui respondet Dominus: Beatos esse eos, qui verbum Dei audiunt & custodiunt illud.

P R O P H E T I Æ .

**D**EVS veniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cœcorum, & aures surdorum patebunt &c. Isai. 35.

Sapientia aperuit os mutorum.

Sap. 10.

DOCV.

## DOCUMENTA.

1. **T**RIA beneficia huic misero contulit Christus, vt iam perfectè videret, loqueretur, atque à Dæmone liber esset.

Nam dæmon conatur hominem in pluribus impedire, ne facile ad Deum conuertatur idq; facit. 1. auferendo illi oculos spiritales, quibus suam miseriam & peccati scditatem aspiciat. 2. mutum reddendo, ne vel ad Deum clamet, aut sua peccata perfectè confiteatur. Tu hæc impedimenta deuities, ac spem concipias venturæ salutis, quia Deo facillimum est omnia dæmonis impedimenta amouere.

2. Pharisei ex inuidia, odio, atque occulta malitia, hoc opus Christi tam bonum atque laudabile, in pessimam partem interpretantur, atque ingenti cum blasphemia, dæmoni adscribunt; turba simplici admirante ac laudante. Vt hinc colligas. 1. quã periculosum sit aliquid odij, inuidiæ &c. concipere, vnde postmodum grauissima peccata cõsequuntur. 2. affuescas cum hac turba simplici, aliorum opera mirari, ac Deum, in illis laudare, alioqui in varia peccata decides.

3. *Omne regnum in se diuisum.* Sicut caritas est vinculum perfectionis, & multorum bonorum spiritualium ac temporalium causa; ita contentio, alienatio, inuidia &c. plurimorum malorum causa est, atque euertit statum internum hominis priuati; tum religionem aut remp. integram, in qua tales pestes dominantur; vt tu has aliasq; similes tantorum malorum radices ex animo euellas.

4. *Iesus videns cogitationes eorum.* Illud est propriũ Dei, qui sibi singulariter hoc serua-

uit.

uit, vt cor hominis (aliàs *prauum & in-  
scrutabile*, vt ait Hieremias Propheta) so-  
lus perfectè cognoscat, & scrutetur: atque hoc  
tibi debet esse frænum contra omne pecca-  
tum (maximè contra cogitationes prauas, in-  
tentiones minus rectas) quæ sæpè opera et-  
iam per se optima deprauant, ac mercede pri-  
uant.

5. *Cum fortis armatus custodit atrium.*  
Innuitur miser status hominis peccatoris, cui  
Daemon dominatur, abutens omnibus eius  
potentijs & in eo tanquã in palatio residens:  
vt timeas etiam initia paruorum peccato-  
rum, per quæ daemon ad tale regnum in te sta-  
tuendum ascendit.

6. *Fortior &c. vniuersa arma aufert.* Id  
euenit in conuersione peccatoris, in qua  
*per contritionem & gratia infusionem* om-  
nia peccata destruuntur, & tolluntur quoad  
maculam; sed remanent adhuc in potentijs  
mali habitus acquisiti & inclinationes, phã-  
tasia, &c. quæ sunt arma dæmonis, quibus pec-  
catorem, etiam post conuersionem oppugnat,  
hæc omnia paulatim, per mortificationem &  
sensuum custodiam, tollenda sunt: aliàs dæ-  
mon redit cum peccato, & fit status peior.

7. *Extollens vocem mulier.* Magna fuit  
huius mulieris bonitas, pietas atque auda-  
cia, quæ Pharisæis Christum contemnentibus  
ac blasphemantibus tam libere & audacter il-  
lum, eiusque matrem confitetur &  
laudat. Vide plura superius.

part. 1. Medit. 34.

pag. 114.

MEDI-



MEDITATIO XXXIV.  
DE VENERABILI  
SACRAMENTO.

PUNCTA MEDITATIONIS.

*Ioan. 6. I. Dixit IESVS turbis: Caro mea verè  
est cibus, & sanguis meus verè est po-  
tus. Qui manducat meam carnè, &c.  
in me manet, &c.*

*II. Qui manducat me, viuet propter me:  
Hic est panis, qui de Cœlo descendit.*

*III. Non sicut manducauerunt patres  
vestri manna, & mortui sunt. Qui  
manducat hūc panem, viuet in aeter-  
num.*

---

F I G V R A E.

*Gen. 14. I. ABRAHÆ à cæde Regum redeunti,  
obuiam venit Melchisedech Rex  
Salem, & protulit panem, & vinum. Erat  
enim sacerdos Dei altissimi.*

*Exod. 16 2. Filijs Israel in deserto, egentibus ci-  
31. bo, misit Deus illis manna de Cœlo, vt  
Ios. 5. 12. sustentarentur, donec in terram promif-  
sionis venirent.*

PRO-

PROPHETIÆ.

**T**u es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Ps. 109.

Escam dedit timentibus se.

Ps. 110. 5

Frumentum electorum, & vinum gemmans virgines. Zach. 9.

DOCUMENTA.

1. **C**ARO mea verè est cibus. Quia Christus sub Sacramentalibus speciebus existit, & operatur eadem, in anima, quæ cibus in corpore: nam cibus corporeus vitam sufficit, ne vitali humore absumpto per mortem deficiat; Caro Christi, vitam animæ, gratiam scilicet & iustitiam conseruat, ne in peccatum mortale incidat. 2. Cibus vegetat, & nutrit corpus, vires & robur ad ambulandum, & laborandum addit; Caro Christi animam alit, virtutes nutrit, robur cõfert vt bene operetur. 3. Cibus auget corpus vsque ad iustam magnitudinem, Eucharistia animam, vt crescat virtute. 4. Cibus corpus morbo aut labore exhaustum restaurat; Eucharistia animam concupiscentia & tentationibus debilitatam sanat, ac renouat. 5. Cibus delectat; Eucharistia iniustis habet omne delectamentum suauitatis.


2. **S**anguis meus verè est potus. Quia in Eucharistia Corpus Christi est viuum, ideo sub vna etiam specie habet sanguinem (per concomitantiam vt dicunt, Theologi) & conseruat animæ omnia, quæ potus corpori affert. 1. alimentum concoctioni deseruit. 2. ex alimentis succum elicit ad nutritionem. 3. feruorem sanguinis

Sanguinis & membrorum siccitatem temperat. 4. extinctioni, quam calor naturalis efficeret, obsistit. Sic proportione quadam, Christus in Eucharistia. 1. deuotionem custodit. 2. concupiscentiæ ardorem extinguit. 3. ariditatem voluntatis tollit, & quasi per vires animæ sua virtute permeans, quæ ad cognitionem & amorem Dei requiruntur, defert. Ut illius in te desiderium accendas.

3. *Qui manducat me, &c. in me manet.* Eucharistia est Sacramentum vnionis, mysterium charitatis, arcanum dilectionis: quia amans manet in amato; Et anima magis est ubi amat, quàm ubi animat: manet Christus in te etiam reali præsentia, non ita, ut in te corrumpatur, sed ut tu, in illum muteris: quemadmodum lignum est in igne, & ab eo consumitur, ut ignis videatur. 2. quia est vita animæ & illam spiritaliter continet ac viuificat, sicut anima corpus. Tu vide ut gratiæ vitam, Christo mediante retineas & augeas.

4. *Qui manducat me, viuet propter me.* Christus in Eucharistia est omnis causa vitæ spiritalis. 1. efficiens, quia te ad opera virtutum mouet. 2. finis, quia facit, ut omnia opera, ad Dei gloriam, purissima intentione dirigas. 3. formalis quasi, quia est exemplar, ad cuius similitudinem omnia in omnibus tuis actionibus ac desiderijs effingas. 4. tandem est materia vitæ, ut circa eum, & de eo cogitationes sanctas concipias, & in eum affectibus ardentissimis tendas. Vide Iacobum Alvarez lib. 2. c. 8. vbi 7. Medit. habet de hoc Euangel.

MEDI-



MEDITATIO XXXV.

DE CVRIOSITATE

VITANDA.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. *Christo dicente S. Petro sequere me; Ioan. 21, vidit Petrus S. Ioannem & dixit: Domine, hic autem quid?*
- II. *Resp. Christus: Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te?*
- III. *Exijt sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur, &c. Hic est discipulus, qui scripsit haec, &c.*

---

PROPHEZIA.

**Q**UAE praecipit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus, ne fueris curiosus. *Eccl. 3. 22.*

---

DOCUMENTA.

- I. **S**PETRV M, postquam eum Pontificem fecisset Christus (committendo ei oues suas & agnos) inuitat ad se sequendum, in vita, per virtutes & labores (sicut Christus ipse vixerat) & in morte per passionem. Ut sciant ij, qui superiores sunt in Ecclesia, se nō vocari,

vocari, ad titulos ambitiosos, & dignitatem solam: sed multò magis, ad perfectionem amplio- rem, actus caritatis, &c. Etiam ad mortem ipsam, si ita ad Dei gloriam, & subdi- torum salutem necessarium aliquando fuerit.

2. *Domine, hic autem quid?* Hæc adhuc erat aliqua imperfectio in S. Petro (quæ postea, vt aliæ infirmitates per Spiritum sanctum in Pentecoste correctæ est) vt inmisceret se rebus alienis. Quamuis excusari aliquo modo poterat, ait S. Hieron. tum quia putabat S. Ioã- nem optare, hoc ipsum scire; tum quia volebat ei vicem rependere ac gratificari, quod recor- daretur S. Ioannem, in vltima cœna, rogasse à Christo de proditore: *Quis esset?* Sicut S. Petrus tunc perierat.

3. *Respondit Christus: Quid ad te? Tu me sequere.* Reprehenditur hic in S. Petro curi- ositas, nobis que exemplum datur, ne in re- bus, ad profectum nostrum non spectantibus, nos immisceamus. Hæc enim est humana fra- gilitas, vt sæpè nobis neglectis, alienis atten- damus, at retundenda est curiositas hoc cly- pëo rescindenda hoc cultro. *Quid ad te?* Cura bene officium tuum, & Deo satisfacisti.

4. *Tu me sequere.* Hoc dictum nobis pu- temus, de vitæ sanctitate & passione aduersi- tatum; hoc dicto nos excitemus. Secutus et- iam est S. Ioannes, sicut Christus illi ac fratri

*Mat. 20* prædixerat: *Calicem meum bibetis;* quia scil. cum Apost. per Iudæos flagellatus est; in

*Act. 4.* Pathmon in iulam relegatus, Romæ ante por- tam latinam, in olei dolium iniectus; Ephesi venenatum calicem ebibit; vt non tam ipse passioni ac morti, quam mors ipsi deruerit.

Cum

Cum præsertim Christo morienti iuxta crucem cum matre sacratissima steterit: & sicut illa martyr ac Regina martyrum fuit; ita & S. Ioannes iure martyr dici potest. Vt discas & tu priuatim varia (pro Dei voluntate pati) licet exterius martyrium negetur.

5. *Exijt sermo inter fratres.* Præclarum nobis S. Ioannes præbet exemplum, tum modestiæ, nihil de se interrogans (vt discamus omnia à Dei manu expectare, dicentes; *fiat voluntas tua*) tum humiliatis, volens dubiam Christi sententiam interpretari, ne vana gloria efferretur.

6. *Sic eum volo manere donec veniam.* Dubiè loquitur de morte S. Ioannis. 1. vt curiositatem sciendi futura compescat. 2. superbiam humani ingenij reprimat in S. Scriptura.



MEDITATIO XXXVI.  
DE HUMILITATE ET  
MANSVETVDINE.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Confiteor tibi Pater, quia abscondisti Mat. II. hac à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, &c.*

II. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis; & ego reficiam vos.*

III. *Tollite iugum meum super vos, & discite à me; quia mitis sum, & humilis corde. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.*

Z

PRO-

## PROPHETIÆ.

*Isai. 30.* **E**CCĒ testem populus dedi eum, ducem ac  
Præceptorem gentibus.

*Ibid. 30.* Dominus non faciet auolare à te Ultra Do-  
ctorem tuum, & erunt oculi tui vidētes Præ-  
ceptorem tuum, & aures tua audient verbum  
post tergum monentis: Hac est via, ambulate  
in ea, nec declinetis ad dextram vel sinistram.

## DOCUMENTA.

1. **C**HRIſTUS (vt ait S. Lucas 10. 21.) ex-  
ultauit in Spiritu sancto, id est, ingēti  
spirituali gaudio perfulus, confessus est, id  
est, Deo gratias egit. Vt discas, de quo præci-  
pue gaudere debeas, scilicet, de vera fide &  
rerum ad salutem pertinētium cognitione; vi-  
tesque vanitates huius vitæ, quæ Spiritui non  
afferunt solidum gaudium, sed molestias, ac  
turbationes.

*Ioan. 3.* 2. Abscondisti à sapientibus, huius mun-  
di scilicet, qui omnia ratione, atque intelli-  
gentia metiuntur, nihil credentes quod supra  
ordinem naturæ & ipsorum sensum à Deo fit,  
dicentes, vti Nicodemus, quomodo possunt  
hac fieri? Aut prudentibus, qui quærent sibi  
ipsis utilia ac iucunda, opes, honores, volu-  
ptates, vti scias vitandam esse hanc mundi sa-  
pientiam, ac prudentiam (qua à S. Iacobo. c. 3.  
15. dicitur, terrena, animalis, Diabolica)  
quia facit homines animales spiritum non  
habentes, vt ait S. Iudas Apostolus in Epistola  
sua Canon. 1. vers. 19.

6. Re-

3. *Reuelasti ea paruulis*, Id est, humilibus, & abiectè ac summis de seipſis ſentientibus, Deoque iudicium ſuum, in rebus fide præcipuè, ſubiicientibus. Qualis fuit B. Virgo, quæ cum Mater Dei ſalutaretur ancillam ſe appellabat; qualis etiam S. Matthias, ac ceteri Apoſtoli, qui gloriabantur ſe non aliud ſcire niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Alpira & tu ad hanc virtutè humilitatis, quæ ita propria eſt Chriſtianiſ, vt apud Gentiles nomen nõ habuerit, ſiſq; ſemper paruulus in oculis tuis, & magnus apud Deũ, qui *humilibus dat gratiam.*

4. *Quia ſic placitũ fuit.* Hæc cauſa eſt præcipua myſteriorum cœleſtium, & maxime humilis decreti, quod Deus humiles potius eligat, quia ſcilicet ita placuit eius maieltati; alia tamen ratio ſeu congruentia adiungi ſolet: quia Lucifer & Adamus per ſuperbiam peccarunt, Deus dedit humilitatis antidotum: quã & tu vttere contra morbos ſpirituales.

5. *Venite ad me omnes*; immenta eſt Dei bonitas, neminem qui paruulus & humilis eſſe velit, reiicientis (*quia vult omnes ſaluos fieri*) maximè eos, qui agnoſcunt ſe oneratos pondere peccatorum vel imperfectionum, à quibus liberari vellent, aut qui laborant in ſuperandis tētationibus Mundi, Carnis, Dæmonis. Reficit autem vel liberando ab his laboribus, & oneribus, vel cōmunicando gratiam, vt fortiter ſuſtineant.

6. *Tollite iugum.* Non ſatis eſt credere in Chriſtum, &c. ſed opus eſt, vt ſuſcipias iugum doctrinæ Euangelicæ, præceptorum Dei, quod ſuauè fit, per gratiam Dei, & facit hominem expeditiorem ad obſequia ſicut plumæ inuuant aues ad volandum.

7. *Iugum enim meum suauē est.* Multis de causis hoc euenit, vt onus hoc. Dei præceptorum, votorum &c. Videatur homini suauē ac leuē. i. quia Deum diligit, & est in eius gratia; cum amanti nihil sit difficile; & gratia adiuet infirmitatē nostram. 2. quia sequitur spiritum, non carnem. Spiritus enim promptus est; licet caro sit infirma. 3. quia cogitat pro hoc labore mercedem esse in cœlis paratam, dicendo cum Apostolo. *Non sunt cōdigna passiones huius temporis ad futuram gloriam.* 4. quia oculos in vitam ac passionem Christi conijcit, reputans nihil esse, quod ipse seruus, pro seipso tolerat, respectu eorum quæ Christus pro salute nostra, & Dei gloria tolerauit. 5. quia didicit à Christo, vt mitis sit, in omnibus se cum voluntate diuina conformando, & humilis corde, reputando se nō tantum has molestias & labores, quos Deus immittit, suis peccatis ac imperfectionibus meritū esse; sed etiam maiores, à quibus tamen Deus ipsum, pro infinita sua bonitate, ac cura prorsus paterna, liberare dignatus est.



MEDITATIO XXXVII.  
DE BEATITVDINE AC  
DEI VISIONE.

PVNCTA MEDITATIONIS.

*Ioan. 14. I. Non turbetur cor vestrum, creditis in Deum, & in me credite; in domo Patris mei mansiones multa sunt.*

*II. Vado*

II. *Vado parare vobis locum, vt accipiam vos ad meipsum. Ego sum via, veritas, & vita; nemo venit ad Patrem, nisi per me.*

III. *Domine, ostēde nobis Patrem & sufficit nobis. Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum.*

DOCUMENTA.

1. **N**on turbetur cor. Homo in vera fide, Dei gratia, & pietatis cultu constans, nullam habet causam, cur turberur, etiam si multa hic pateretur; immō habet causam potius, vt gaudeat; prout faciebant Apostoli, qui virg s cāsi à Iudais, ibant gaudentes quia digni erant pro nomine IESV contumeliam *Act. 4.* pati.

2. *Creditis in Deum, &c.* Causa præcipua turbationum nostrarum est defectus *vera ac viua fidei* in Deum ac Saluatorē nostrum, quia scilicet non cogitamus, omnia quæ nobis eueniunt, venire à patre nostri amantissimo, à quo omnia, etiam difficilia suscipienda sunt, sicut fecit Christus, qui de amarissimo passionis suæ calice dicebat Petro: *Calicem, quem dedit mihi Pater &c.* non Iudas, non Iudæi, non Pilatus dedit; sed ipse Pater. 2. non reflectimus etiam oculos fidei ad Saluatorem qui tanta pro nobis passus est; qui gratiam nobis, meruit, qui nobis affutu-

altis  
ace-  
naue  
gra-  
atia  
qui-  
nim  
quia  
celis  
sunt  
ram  
ffio-  
quod  
orum  
loria  
mi-  
diui-  
outā-  
quos  
ectio-  
uibus  
itate,  
us est.



VII.

AC

IS.

itis in

o Pa-

Vado

rum promisit , modo ad eum recurremus , & itemus in ipso , non in nobis fundati.

3. *In domo Patris mei mansiones multe sunt.* Hac causa etiam deberet nos ad multa pro Deo ac salute nostra , toleranda excitare ; quod variaz mansiones , & beatitudinis gradus in coelis sint , quos DEVS vnicuique tribuit , prout in hac vita meruerit. Itaque sicut filij huius sæculi , nunquam cessant , sed semper aspirant ad maiores opes, honores, officia , dignitates, &c. nec labores pro ijs tolerandos refugiunt ; ita nobis multò magis pro vita aeterna , & pro virtutibus , quibus ea acquiritur ; laborandum est , & in coelo Sancti differunt inter se, *sicut sol , stella, &c.* prout quilibet maiorem aut minorem gratiam ac perfectionem caritatis , in hac vita sibi acquisiuit.

4. *Ego sum via &c.* Videndum nobis, quomodo Christi vitam ac virtutes imitemur, scientes illum nobis esse propositum, tanquam exemplar, ad quod conformemur ; tanquam viam , in qua ambulemus ; non ad speciem externam simulando , sed in rei *veritate* conando , vt semper simus sine peccato, cum gratia Dei , quæ est principium *vite* spiritalis , sine qua coram Deo non vivimus , & opera omnia sine illa mortua sunt. Ita vixerunt coram Deo omnes SS. & maxime Apostoli. &c.

5. *Domine ostende nobis Patrem.* Optimum desiderium nostrum est, vt desideremus. i. ex hac vita discedere , si ita expediat , vt Deum videamus , in qua visione Beatitudo nostra est,

est, & sufficit pleneq; , satiat. 2. Si hoc nondum Deo placet, rogemus, det gratiam semper cogitandi de Præsentia Dei, quod vnum est ex optimis exercitijs; & sufficit pro via, purgatiua, illuminatiua, vnitua vt tradit P. Ari. & P. Rodriq. de præf. Dei.

6. *Tanto tempore, &c.* Multò magis nobis hoc Deus exprobrare posset, qui tanto tempore tot occasionib. nihil aut parū proficimus.

7. *Quicquid petitis det.* Ne desponde animam, quia Dei gratia semper potens est. Hanc à Patre benignissimo pete, impetabis.



MEDITATIO XXXVIII.

DE MORTIFICA-

TIONE SVI.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Nisi granum frumenti mortuum Ioan. 12.  
fuerit, solum manet; si mor-  
tuum fuerit, multum fructum af-  
fert.*

II. *Qui amat animã suam, perdet eam;  
qui verò eam perdiderit, inueniet  
eam.*

III. *Qui mihi ministrat, me sequatur, &  
mecum erit &c. qui ministrauerit,  
honorificabit eum Pater, qui in cælis  
est.*

## DOCUMENTA.

1. **G**RANVM FRUMENTI fuit Christus Saluator, qui ex patris aeterni voluntate, & sua ipsius electione mori debuit, pro salute nostra, ac per mortem copiosissimum fructum tulit: eius exemplo quiuis Christianus (qui etiam granum frumenti est uti de se dicebat S. Ignatius Martyr: Frumentum Christi sum) debet etiam spiritaliter mori, vel per tribulationes à Deo immixtas (voluntariè acceptando tanquam salutis necessarias & utiles) vel per virtutem mortificationis, in refranandis omnibus passionibus & usu sensuum, immò tota vita ratione, quamuis naturæ durum sit, atque difficile: nam & grano (si sensum haberet) graue videretur in terram conijci, computrescere, mori; postea sequitur fructus, tum in nobis in hac vita (perfectio) & futura (Gloria) tum in aliis ad exemplum.

2. *Qui amat animam, &c.* Per animam hic intelligitur *vita* hominis, quia anima est vitæ principium; tum potentia & passiones, quæ animæ à Deo datae sunt, ad vitam duccendam. Hanc ergo animam iubemur perdere. 1. libenter offerendo vitam pro Christo, vel ad passionem (si ita ipsi placeat) vel ad labores, tribulationes pro eo tolerandas. 2. ita tractando omnes sensus internos, atque externos; omnes passiones vtriusque appetitus, ut sincerè ad Dei gloriam, & nostram salutem, omnes actiones dirigantur. Sicut fecit S. Laurentius (optando mori cum S. Xisto Papa) alijque martyres vitam profundendo, & tot SS. Confessores, in eremo, tam multa à daemonibus inflata, vel à se ipsis imposita.

sita, voluntarie sustinendo pro sua salute. Alias homo *perdit animam*, qui inordinatè vitam diligit; suis passionibus inordinatis ac sensualitati fræna laxat, ex quo plurima peccata dimanant.


3. *Si quis mihi ministrat* Quamuis Clerici, ac religiosi communiter dici soleant, Christi seu *Ecclesie ministri*; tamen hic titulus suo modo etiam in omnes Christianos conuenit, vt scilicet omnes Deo ministrent, atque opera sua in laudem & commodum Dei ac Domini sui perficiant. Sicut sæpe monet Apostolus, vt omnia in nomine Domini faciamus; immo famulis præcipit, vt obediant Dominis tanquam Deo. Hinc etiam illud quod sequitur: *Me sequatur*; omnibus conuenit, docet verum Christianum illum esse, qui non imitatur mores, virtutes ac vitam Christi, prout omnes admonuit S. Ioannes, *Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.* 1. Ioan. 2. 6.

4. *Vbi sum, ibi & minister meus erit.* Hoc est, præmium amplissimum nobis propositum, vt eiusdem gloriæ cœlestis, qua Christus beatus est, simus participes, adeo vt affirmet, eum, qui vicerit, *lecum in eodem throno* sessorum, atque etiam officium regendi gentes, (quod Christo singulariter tribuitur) etiam ei, qui vicerit, tribuendum dicatur. Apoc. 3. 21.

5. *Honorificabit eum Pater.* Aliud significatur præmium quod scilicet eidem Dei seruo, honor tribuatur; tum in hac vita (vti videmus bonos & pios viros à principibus 27. 15. Apoc. 2. 27. 2. 5. pibus

Christus  
lenta-  
ebuit,  
iosiffi-  
quiuis  
menti  
: Fru-  
iritali-  
inmis-  
saluti  
a mor-  
s pas-  
ita ra-  
e diffi-  
) gra-  
tresce-  
nobis  
a) tum  
imam  
anima  
passio-  
am du-  
perde-  
Christo,  
ad la-  
s. 2. ita  
que ex-  
ppeti-  
am sa-  
cut fe-  
S. Xisto  
dendo,  
n mul-  
impo-  
lita,

*Psa* 1.8.6 pibus & Imperatoribus honorari, sicut cum S. Antonio fecit Constantinus M. & in futura, ubi gloria & honore coronantur.



MEDITATIO XXXIX.  
DE DILECTIONE ET  
PERSECUTIONE.

PUNCTA MEDITATIONIS.

- Ioan.* 15. I. *Hac mando vobis, vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem odio habuit.*
- II. *Non est seruus maior Domino, vos persequentur, sermonem vestrum non seruabunt; quia eadem mecum egerunt.*
- III. *Ex incarnatione & doctrina (quia Christus venit, & docuit & miracula fecit) augetur Iudaorum peccatū, vt sint inexcusabiles.*

DOCUMENTA.

- I. **H**ÆC mando, &c. Christus Apostolis, *Hac nobis omnibus Christianis, mandauit caritatem mutuā, tum quia illa est, Vinculum perfectionis: tum quia omnia præcepta, teste S. Gregorio hom. 27. in Euangel., in sola caritate solidantur, sicut in arbore rami omnes, à radice exeunt, & conseruantur,*

titur, adeo ut opus externum, quantumvis bonum appareat, nihil habeat gratiae apud Deum, nisi à caritate procedat.

2. *Si mundus odit.* Hæc consolatio duplex est, pro pijs hominibus, qui sapius à mundanis odio ac derisione appetuntur, tum quia Christum in eo Ducem habent; tum etiã, quia inde argumentum certum sumunt, se ad mundum non pertinere, quippe, qui nihil suum (hoc est, non amorem opum, honorum, cupiditatum) in illis inueniat.

3. *Non est seruus maior Domino.* Homo dicitur Christi seruus. s. de causis. 1. quia ad imaginem Dei creatus. 2. quia pretioso Christi sanguine à seruitute peccati ac Dæmonis redemptus. 3. quia ad fidem Catholicam vocatus. 4. quia in Baptismo Sathana eiurato, ac Pompis eius, Christo Domino addictus. 5. si religiosus sis aut Sacerdos, quia voto, & maioris perfectionis obligatione adstrictus, & quasi totus in spiritale holocaustum Deo oblatus.

4. *Vos persequentur.* Christus monet suos de persecutione, ut scias te, tum demum esse Christi discipulum; si eum præcipue in aduersis, ac patientia imiteris: iuxta illud *omnes, qui volunt pie vivere, persecutionem, à mundo, carne, Dæmone patientur.*


5. *Si non venissem &c. peccatum non haberent.* Si Iudæi fuere inexcusabiles, multo magis nos erimus, post dilatam toto orbe fidem, & cognitionem perfectionis; maxime. Tu qui tot beneficia spiritalia; tot visitationes à Deo suscepisti. Ut inter cetera. 1. quod Christia-

nis parentibus ortus. 2. à Catholicis præceptoribus tam piè institutus. 3. in B. Virginis Sodalitate, tot animis ad virtutem informatus. 4. toties sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis confirmatus. 5. tot diuinis inspirationibus illustratus. 6. tot concionibus atque exhortationibus factis instructus. 7. tot Sanctorum vita ac rebus gestis, ad omne bonum incitatus: Ut merito fructum Deo tuo ferre debeas, aut non habiturus sis, vel minimum titulum, quo te excusare possis, si vitam perfectam, ac talibus beneficijs dignam non traducas.

6. *Causa vna ex præcipuis, cur Iudæi (& maxime Pharisei) Christum pro verò Messia non agnouerint, fuit 1. Suprema Christi humilitas, ipsorumque superbia, cum putarent Messiam (de quo tam multa & tam magnifica in sacris litteris habentur) tam abiectum, aut pauperem esse non posse; nec primum aduentum ad mundi redemptionem factum, à secundo (ad eiusdem iudicium futuro) distinguere sciebant, ac in tali iudicio persistebat. Ut discas quàm periculolum sit ad opes, honores, aliasque mundi vanitates inordinate affici, suoque iudicio nimium adharere.*

7. *Odio habuerunt me gratis. Hæc est pœna grauissima sæpeque in punitionem peccatorum præuenientium infligitur: ut homo incidat in obstinationem & odium Dei, itaque vide ut in timore Dei ac humilitate persistas.*

MEDL



MEDITATIO XL.  
DE SS. COMMVNIONE.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. Thomas cum ab cœtu Apostolorum Ioan. 20  
absuisset, caruit visitatione Christi,  
& incidit in periculum dubitationis,  
pertinaciæ, &c.
- II. Christo apparente, in medio stante,  
atque ipsum vocante, ita mutatus  
est, ex actu SS. vulnerum, vt ex-  
clamaret: Dominus meus, & Deus  
meus!
- III. Quia vidisti me Thoma, credidisti:  
beati, qui non viderunt, & credide-  
runt.

---

MONITIO.

**S** GERTRVDIS, quæ Christo Domino  
erat valdè familiaris, petijt aliquan-  
do à Christo, quisnam modus foret op-  
timus præparandi se ad sacram com-  
munionem? Respondit, vt S. Thomam  
imitaretur; & hic dabatur aliquod spe-  
cimen.

Z 7

ANTE

DE

## DOCUMENTA.

1. **T**HOMAS non erat intus. Multum obfuit S. Thomæ, quod sicut alij Apostoli, post fugam, quæ tempore passionis acciderat, non reuocarit seipsum & ad vnum locum, vbi reliqui congregati erant, non redierit; sic etiam communicaturo, vel sacrû facturo, plurimum damni affert nimia effusio ad res saculares, omiſſa animi recollectione; quam qui seruant, Apostolorum more, Christum in medio sui experiuntur.

2. *Nisi videro &c. non credam.* Hic est effectus huius abitionis D. Thomæ scil. dubitatio seu tentatio de rebus fidei, vt de resurrectione Christi toties prædicta, item pertinacia, in proprio sensu aliis contemptis etiam superioribus; vt hic cum S. Thoma & D. Petro accidisse, probabile est. Cum tamen antea tam ardens fuerit, vt apud Dominum, cum aliis Apostolis constitutus diceret Ioan. 11. *Eamus & nos, & moriamur cum ipso.* Sic euenit hominibus piis, aut religiosis, qui tempore consolationis ad omnia sese quam promptissimos, ac paratissimos exhibent. Illi tamen ipsi, si in noxium aliquem teporem, defectu piorum exercitiorum aut alia ratione, inciderint, euadunt duri, contumaces, refractarij; vt vix iuuari possint; nisi eo modo, quem in S. Thoma videmus, manentur.

3. **S**TETIT IESVS. Hoc est conuersionis initium, quando Deus ex sola sua benignitate, sine vlllo nostro merito, stat in medio nostri, & cor ipsum per aliquam piam inspirationem commouet, aut animam alloquitur, sicut hic cum B. Thoma egit dicens: *Infer di-*

*gitum*

gitum huc &c. Ut consideret beneficia Dei in se, & maximè sacram eius passionem, quia nobis peccatorum remissionem obtinuit.

4. Dixit THOMAS: *Dominus meus & Deus meus*, hoc est alterum medium conuersionis, ex parte nostra. S. Thomas hic accersit ad Christum cū 4. virtutibus. 1. *cognitione* Dei ac sui, fatendo eum Dominum, se seruum; eum Deum, creatorem &c. se creaturam. 2. *cum humilitate*. 3. *cum pietate*, interna atque externa, qua decet nos, Deum accedere. 4. *cum purissima* intentione Deo ac Domino suo tantum placendi: Has virtutes qui seruat, facile cum Dei gratia iuuari potest, maxime si ante communionem vtatur præparationibus aptis quales præscribit. P. Iacobus Aluarez de Paz in libro maiori de modo religiose viuendi lib. 2. cap. 8.

POST COMMVNIONEM.

5. Supto intra cor tuū sacrosancto Christi corpore, conare vt intres in sacra eius vulnera, accedēs ad Dominum cum 4. virtutibus de quibus §. 4. dictum, vt ibi caritatem eius contempleris, vti faciendum docet S. Bonauentura in stimulo amoris.

6. *Dominus meus &c.* adhibendæ sunt variæ gratiarum actiones, vno die velut ad dominum; alio die ad Regem; tertio velut ad amicum patrem &c. prout tradit Iacobus Aluarez de Paz l. 2. c. 10. &c. dona petenda sunt, vt idem docet ex S. Bonauentura.

7. Offer teipsum ad labores, immo ad mortem ipsam; sicut fecit S. Thomas, quando ad Christum conuersus est; plurimos alios ad ipsum sua doctrina atque exemplo traducendo.

MEDI



MEDITATIO XLI.  
DE CAEDE PROPHE-  
TARVM.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- Matt. 23* I. Dixit Iesus turbis & principibus Sa-  
cerdotū Ecce mitto ad vos Prophetas,  
sapientes, &c. ex illis occidetur.  
II. Hierusalem, Hierusalem, quoties  
volui congregare filios tuos, quemad-  
modum gallina congregat pullos?  
&c.  
III. Relinquetur domus vestra deserta.

DOCUMENTA.

I. **E**cce mitto Mira Christi bonitas, qui  
cum tanto tempore, Iudæis, tunc ob-  
stinatis concionatus esset, sine ullo, aut  
valde paruo, cum fructu ( apud Principes ac  
præcipuos Iudæorum, a quibus erat occiden-  
dus ) tamen adhuc spondet se missurum Pro-  
phetas & scribas, id est, Apostolos & concio-  
natores, s. scripturæ interpretes, qui illis no-  
uam legem explicent, & Christi doctrinam  
per Iudæam proponant. Idipsum præstat etiã-  
nam Ecclesiæ suæ, quam nunquam deserit  
procurando varios Ecclesiasticos, religiosos  
pios ac doctos, qui legem euangelicam inter  
Catholicos, hæreticos, infideles, &c. propo-  
nant, magno labore, &c. propter Deum: vt  
Apo-

MEDITATIONVM. 547

Apostoli, alijq; viri pij ac docti Apostolorum tempore fecerunt.

2. *Et ex illis occidetur.* Magis & hoc mirandum quomodo DEVS permiserit ferè omnes Apostolos & primos fidei Christiana præcones ac propagatores immo & vnigenitum filium suum occidi, ac tantis pœnis cruciatusq; affici: Nimirum sapientissimus ille DEVS (qui potuit impedire) maluit hæc mala permittere, vt plurima inde bona eliceret: quia *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, Roman. 8. Nam ex Passione CHRISTI secuta est SALVS MVN-  
DI; ex morte Sanctorum, conuersio plurimorum aliorum, meritum ipsorum, edificatio posterorum, multitudo miraculorum v.c. ex Oratione S. Stephani (teste S. Aug.) secuta est S. Pauli conuersio. Similia hodieq; eueniunt ad Dei gloriam, & aliorum salutem in India, Iaponia, China, Brasilia, Mexico, Abassia &c.

3. *Hierusalem, Hierusalem, quoties volui congregare filios?* &c. En tenerrimum CHRISTI amorem erga hostes suos capitales: non ignorabat Iudæos, qui Hierosolymis habitabant, sibi mortem machinari (quam non ita multo post, ei intulerunt) tamen eos ita amabat, vt filios suos appellaret, & tanquã pater benignissimus eos suscipere paratus esset: sicut iam peccatoribus contingit, qui illum (quantum in se est) rursus crucifigere parant. Hebr. 10. 6. Talem amorem ostendere debet superior, pastor &c. in subditos.

4. *Quemadmodum gallina &c.* Sicut gallina clamore & rostro, pullos suos defendit, et iam cum vitæ periculo, fame se conficit, vt eos alat; protegit contra æstum, frigus, pluuias, sese,

fese pro illis exponens, ita & Christus pro suis electis fecit, & superiores præstare debent sibi subditis, monendo, caueant à laqueis Diaboli, sub alis caritatis & disciplinae continendo, donec proficiant &c.

5. *Relinquetur domus vestra deserta* De templo Hierosolymitano, toto orbe tunc celeberrimo intelligit; quod post Christi passionem omnino relictum ac euerlum est. Nam paulo ante Urbis euerfionem audita sunt, teste Iosepho, voces dicentium: *Migremus hinc*. Idem euenit animæ peccatrici, quam DEVS & Angeli derelinquunt.



## MEDITATIO XLII. DE SAMARITANO ET LEVITA.

### PVNCTA MEDITATIONIS.

- Luc. 10* I. Christo dicente discipulis: *Beati, qui vident, quæ videtis: quidam Legis-Doc-  
tor* quarit: quod sit maximam mandatum? Resp. diliges Dominum Deum tuum ex toto corde &c. & proximum tuum, sicut teipsum.
- II. Hoc instāte; quisnam esset proximus? Resp. qui facit misericordiam erga miseros; quod probat adhibita parabola.
- III. Cuidā à latrombus in via vulnerato, Sacerdos & Levita transiens opem non tulit, at Samaritanus oleum ac vinum infundens vulneribus, duxit in stabulum eumque stabulario comendauit.

## DOCUMENTA.

1. **B**eati oculi, qui vident &c. Discipuli Christi videbant. 1. oculis corporis hominem ambulantem docentem &c. sed hoc non est satis quia eodem modo videbant eum impij Iudæi atq; inimici eius nec ideo erant Beati. 2. Discipuli videbant oculis fidei eius miracula, & illi credebant; vt factum ait S. Ioannes in Cana Galileæ, vbi crediderunt in eum propter miraculum, & Nicodemus aperte professus est. 3. accedebat in Apostolis **PIVS AFFECTVS**, fidei comes, ob quem dicebat S. Petrus Ioan. 6. Domine, quo ibimus? verba vitæ æternæ habes. Eadem habere debent boni Catholici in rebus fidei. 1. vt mysteria sibi proposita exterius agnoscant. 2. Eadem interius per habitum fidei credant. 3. vt ad eadem afficiantur, putantes, se vere beatos esse, *beatitudine viatoris*, si eis perfecte & ex affectu intimo assentiantur. Pro quo beneficio tibi dato, gratias age, quia multi tale beneficium optarunt, & non sunt consecuti.
2. Inter hæc surrexit Legis peritus à Christo. ex curiositate potius, atque ambitione, quam discendi studio, petens: quodnam esset magnū mandatum in lege?
- Resp. *Diliges Dominum Deum ex toto corde &c.* de quo vide meditationem xxvi. pag. 503. addens secundum huic simile: Diliges proximum, quod exemplo declarat, vt scias caritatem non in verbis, sed factis consistere.
3. In hac aut parabolâ explicatur stultitia, ac miseria peccatoris, modusq; ad perfectam sanitatem veniendi. Vides itaq; quanta fuerit hominis istius imprudentia qui relicta, Ciuitate Sancta Hierusalē, quæ pacis visio dicitur, ita à Deo tunc dilecta, volue-

voluerit descendere in Hierichō ( id est , urbem Lunæ ) einitatem à Deo toties maledictam & quidem cum tãto periculo. Maior Impudentia in Christiano , qui Deū deserens , in cuius gratia erat per baptismum & alia Sacramenta , dat se rebus sensibilibus & mutabilibus huius mundi ( quæ est vt Hiericho ) mutabilis , maledictus , quatenus à Deo abducat.

4. *Incidit in latrones.* Latrones qui animæ tuæ insidiantur , sunt capitales hostes Dæmon , Mundus , Caro , *vulnera* , sunt peccata tum *Mortalia* , per quæ tollitur gratia , vita animæ : tum *Venialia* , quæ animam foedant , & dedecorant : & quemadmodum latrones incenso desiderio feruntur ad prædas hominū , transeuntes ex insidiis aggrediuntur , quandoq; se amicos fingunt. Ita hostes tui maximè dæmones , nil aliud desiderant , quam homines mergere in infortunium. Ah quā saepe nil minus cogitans deceptus es , & ex vno peccato in aliud traductus ! cautior ergo posthac sis , & in tam periculoso loco tibi attende.

5. *Abierunt semiuiuo relicto.* Iacuit hic miser tot vulneribus confossus & deformatus , qui nec à Sacerdote vel Leuita transeunte est adiutus , donec veniret Samaritanus , qui in iumentum eleuans , vulnera purgauit vino & oleo , eaq; ligauit & in hospitium auexit. Idē etiā animæ tuæ accidit , quando peccatis fauciata : terpet ad omne bonum , adeo vt nec exhortationes , conciones aliaq; exercitia perfectè sanarent : donec verus Samaritanus Christus eā eripit , & per Sacramentum pœnitentiæ ( in quo misericordia & pœna adhibetur ) vulnera purgans , tali loco statuit , quo perfectè saneris. Hoc ergo stude vt assequaris.

6. *Curam*

MEDITATIONVM. 551

6. *Curam illius habe.* Homini post confessionem factam peccata quidem saepe remittuntur, manent tamen in anima ipsa vel in appetitu pravi habitus, per frequentes actus acquisiti, & in corpore mala dispositiones & inclinationes ad peccatum. De qua re S. Aug. 14, de Trinit. c. 16. *Renouatio ista non momento vno fit ipsius conuersionis: sicut momento vno fit illa in baptismo renouatio remissione omnium peccatorum: neque enim vel vnum quantulumcunque remanet, quod non remittatur.* Primo ergo remouetur causa languentis (per indulgentiam peccatorum) postmodum ipse languor sanatur paulatim proficiendo in renouatione huius imaginis, amorem ad aeterna transferendo: cupiditates frænando, &c.

7. Modus commodissimus perueniendi ad sanitatē est offerre se diuinæ voluntati promptum ad omnia emendanda, tantum suggerat media quæ adhiberi debeant. Quod vt melius intelligatur finge ante te esse tres egros, quorū primus velit quidem sanari, sed nolit adhibere medicinas vllas ob amaritudinem, nec abscissionem vel vstionem membri, aut vulneris propter dolorem. Secundus velit sanari, etiam adhibere medicinas, sed quas ipse probet & iudicet, non eas quæ aptæ sunt morbo v. g. si nolit abstinere. Tertius deniq; se totum medico submittat, vt & diætam imperet & vrat & secet ipsa etiam membra, si opus sit, ita in peccato etiam sanando aliquorum cohabitatio conuersatio &c. tollenda est, vel nihil proficitur (quia manet in statu peccati vel in proxima occasione peccandi. Faciendum hic quod Christus monet *Matth. 5 29. si oculus, id est, amicus vel res tam cara ac oculus, manus,*

*pes*

*pes scandalizet te. id est, à Deo te trahit ab-  
scinde eum & projice abs te, Conclude so-  
lum vltimum ex his tribus velle sanari, &  
eundem affectum tu indue &c.*



*Mat. 25.*

## MEDITATIO XLIII. DE EXTREMO DIE

IVDICII.

- I. *Dixit Iesus discipulis: cum venerit fi-  
lius hominis in maiestate sua cum  
Angelis, venient omnes gentes, & se-  
parabit eos, &c.*
- II. *Stantibus ad dextram dicet: venite  
benedicti; possidete regnum. Esurui  
& dedistis (in pauperibus) cibum.*
- III. *Stantibus à sinistris dicet: Ite maledi-  
cti in ignē eternum. Esurui & nō de-  
distis &c. ibū hi in suppliciū eternū.*

*Isa. 2. 10*

*& 19.*

*Isa. 26.*

*21.*

*Dan. 7.*

*9. & 14.*

### PROPHETIAE.

**I***ngredere in petram, & abscondere à facie  
timoris Domini, & à gloria maiestatis ei<sup>9</sup>.*

*Dominus egredietur &c. terra reuelabit*

*sanguinem &c.*

*Aspicietiam, Throni positi sunt.*

### DOCUMENTA.

- I. **V***enit filius hominis cum Maiestate.  
Hanc maiestatem meruit Christus cum  
potestate iudicandi, tum per Inarnationem  
suam, (Iohn. 5. quia filius hominis est) tum*

## MEDITATIONVM.

per passionem, postquã dicebat *Matt. 28.*  
*Data est mihi omnis potestas &c.* sicut &  
ipsis Iudaïs, nocte passionis dixerat, *Matth. 26.*  
*Videbitis filium hominis venientem in nu-*  
*bibus cœli.* vt in omnibus laboribus ac re-  
bus aduersis spe illius gloriæ ac retributionis  
teipsum excites.

2. *Cum Angelis Dei* Illi erunt præcipui  
administri Christi propter electos, ferentes  
crucem Christi, tuba canentes, & cineres ad  
resurrectionem, quæ subito fiet, colligentes,  
vt omnes boni, & mali, in vallem Iosaphat  
cõueniant sis semper memor illius diei cū S.  
Hieronymo, qui semper putabat se audire vo-  
cẽ clãgẽtis: *urgite mortui; venite ad iudiciũ.*

3. Separabit oues ab hœdis: Iustorum cor-  
pora erunt tunc pulcherrima, & quatuor do-  
tilus corporis gloriosi donata, adeo vt per a-  
gilitatem, tanquam aues per aerem Christo ac  
Sanctis Angelis occursuri sint. Sicut è contra-  
rio, corpora impiorum erunt fœda, & in terra,  
cui nimium adhæserunt, detenta, vt discas cor-  
pus tuum ieiunijs, cilicijs, disciplina affligere,  
quo magis tunc fulgeat; animum verò à terre-  
nis abstrahas vt iã conuersatio tua in cœlis sit;  
sed multo magis abstrahere te à peccatis, quæ to-  
ti mundo lumino cum pudore, & ignominia  
patebunt; quia tunc aperientur **LIBRI** con-  
scientiæ, in quibus continentur peccata  
*scripta Hierem. septimò, super latitudinem*  
*cordis.* Nisi forte illa peccata, vera pœni-  
tentia & sincera confessione deleta fuerint;  
vt discas hic & peccata vitare, & si ex fragili-  
tate incideris, eadem quam primũ pœnitẽtia  
& cõfessione abolere: quia hic pudor, ex pecca-  
tis ortus, erit grauissima impijs pœna, maximẽ  
hypo-

hypocritis, qui boni putabantur, cum essent  
*intus & in cute nequam* atq; impij.

4. *Venite benedicti, possidete regnum.*

In multis apparet infinita bonitas. 1. dat regnū  
iustis quasi hereditatem filiis. 2. illis ab æ-  
terno paravit. 3. datum pro re minima v. c. vi-  
sitatione ægri &c. 4. opera misericordiæ dicit  
sibi ipsi facta. 5. minimum quemq; ex pauperi-  
bus vocat fratrem. Ut humilitatem discas, &  
opera misericordiæ exerceas (quæ tunc tanti  
fient) quamuis alia etiam opera examinanda  
& remuneranda sint; sed hæc & magni fiunt, &  
misericordiam merentur.

5. Malis dicit: *discedite maledicti*: quia vox  
Dei efficax est :: vt in prima rerum creatione  
apparuit: hic erit fons perpetuus miseriæ in  
impiis, qui maiestate Christi iudicis, tanto pu-  
dore, coram toto mundo afficientur vt opta-  
rent potius, esse statim in inferno, montibus-  
que dicturi sint. *Cadite super nos, & collibus  
operite nos.*

6. *In ignem æternum*: grauissima erit  
pœna, vt quotidie in nostro videmus & expe-  
rimur, qui tamen est velut ignis pictus ad vi-  
num comparatus, vt discas hic cum Sanctis pa-  
ti, vt ignem inferni euadas, qui intolerabilis  
est, præcipue **ÆTERNVS, DVANS IN  
SÆCVLA SÆCVLORVM.**

F I N I S

MOR-